


M M Y

B. K. 650.



D. EBERHARDI DAVIDIS HAUBERI
PRIMITIÆ
SCHAUENBUR-
GICÆ,

quibus
Variæ circa res Schauenbur-
gicas observationes
Historicæ atque Literariæ
continentur,
aut alibi obvia emendantur.

Fasciculus Primus;
Prodromum Originum Schauenbur-
gicarum atq; Schauenburgicæ
Palingenesiæ,
Recensionem Scriptorum res Schauenbur-
gicas illustrantium,
Descriptionem Mausolei Celsissimo-
rum Comitum Schauenburgicorum,
quod Hagæ est,

Insignia Schauenburgicorum delineata-
tionem
breviter complexus.

Guelffyerbyss,

Apud JOH. CHRISTOPH. MEISNER. 1728.

GERHARDI DAVIDIS HUDBER
PRIMI
SCHAUENBUR.
GIGA.



Histórica et origina Sciamput.
Sciencia ad philosophicam.
Philosophia et physica.
Rerum quae sunt continet res sensibiles.
Dialectica et Musicae, Geometria.
Ad Comitum Sclavonum et Boemum.
Istius etiam Scholastica et Logica.
Geographia.

2148)

C E L S I S S I M O
Sacri Romani Imperii
COMITI ac DOMINO,
D O M I N O
A L B E R T O
W O L F G A N G O,

Sacri Romani Imperii
Comiti Regnanti Schauenburgi, Lip-
piarum atque Sternbergæ,
Potentissimorum Ordinum Belgij Fœ-
derati Chiliarchæ Légionis
Pedestris &c.

R E G I I O r d i n i s B o r u s s i c i A q u i-
la Nigræ Equiti, Fr.

D O M I N O M E O C L E M E N-
T I S S I M O.



CELSISSIME COMES IMPERII,

DOMINE CLEMENTIS-SIME.

A Uspicato mihi accidit, COMES CELSISSIME, ut qualiscunque hic libellus meus prodeat in publicum sub ipsa Principatus TUI auspicia, Primitiasque Regiminis, cuius Felicitatem sperare TUA virtus, e jusque diuturnitatem prolixo affectu exoptare nostra Pietas nos jubet. Postquam enim tanto temporis Intervallo in tenebris ille delituisset, sudassetque sub Typographicō prelo, variis, quæ

quæ occurrerant, impedimentis, moram facientibus, ut vix nomen, quo ante secundum semestre jure insigniri poterat, tueri possit; nunc demum, fausto mihi omne, sub ipsum illud tempus lucem adspicit, quo CELSTITUDO TUA nova luce collustrat Schauenburgicas Terras, speque amplissima Imperii, TE PRINCIPE, a spicatissimi Benignissimique, squalorem lugubrem, quo improvisus PARVENTIS obitus eas obruerat, omnem abstergit. Non itaque è longinquo mihi ratio arcessenda fuit, qua inductus Glorioso TUO Nomi ni pagellas has sacrare sustinui. Licet enim levitatem earundem, quamque TE indignæ sint, Clementissime DOMINE, nemo magis me ipso perspiciat; attamen prælentes de Originibus Illustrissimæ TUÆ Gentis cogitationes meæ, destinationesque, & circa uberiorem EJUS Historiam cornatus, hoc libello descripti, nemini magis, quam Ipsi TIBI, debebantur,

A 3

qui-



quibus non aliam ego gloriam affecto, quam quod primus hic libellus sit, qui CELSITUDINI TUÆ a suscepto avitarum Terrarum Imperio, & sub ipsa ejus auspicia, TUO insignitus Illustrissimo Nomine, TIBI supplex exhibeatur. Accipe ita CELSISSIME COMES, serena fronte, eaque, qua soles, congenita TIBI humanitate, pagellas has, devotionis, obsequii, spei atque affectus testes, quibus TE Principem excipimus, quibus Imperium Tuum prosequimur (neque enim dubitare licet, me hæc ex ore atque animis Civium TUORUM omnium proferre) Unicus is mihi epistolæ hujus scopus est. Licet enim, si vulgato scribendi mori inserviendum esset, amplissimus mihi dicendi campus foret, qui nuper demum laudum TUARUM plenissimus, onustusque certissimis optimorum quorumvis de nostra sub TUO Imperio felicitate auguriis, è Batavia redii, quam non minus ac Germaniam

am Britanniamque, ac Aulas Regum,
Electorum, & Ducum, virtutum Tu-
arum admiratione implevisti, qua-
rumque matura ac illustria documen-
ta in Academiis Guelferbytana, Traje-
ctina atque Lugdunensi edita, gravif-
simorum virorum suffragiis compro-
bata, lætus admodum tanta spe Patriæ,
percepi in amplissimis illis urbibus; hæc
tamen omnia supra hujus libelli tum
molem tum dignitatem sunt, neque
etiam encomiis eget, qui non nisi di-
gna encomiis agit. Ego potius DĒ-
UM supplex veneror, ut Principatum
TUUM, quem modo suscepisti, quan-
tam humana fors atque ætas permit-
tunt, jubant esse felicissimum atque
diuturnum ; TIBI Gloriosum, Patriæ
Salutarem. Servet ac tribuat TIBI
non minores PATRE annos, non mi-
norem MATRE pietatem, animum,
UTRIUSQUE PARENTIS Exemplo,
erga Patriam paternum. Quod reli-
quum est & ad me attinet, Ecclesiæ
atque animas meæ curæ & animæ

A 4

com-

commiffas, veramque carum æternamque salutem ea, qua par est, ani-
mi devotione CELSITUDINI TUÆ
committo, atque, si parva licet com-
ponere magnis, meas quoque circa
Origines atque Historiam Celfissi-
mæ Schauenburgicæ gentis destina-
tiones obsequioſe commendo, nihil
unquam aut prius aut antiquius ha-
biturum me ſpondens, quam ut totis,
queis poſsum, viribus, tenuibus tamen,
nunquam non demonſtrem, me in-
temerata fide perſeveraturum,

*CELSISSIME COMES,
DOMINE CLEMENTIS-
SIME,
TUÆ CELSITUDINI*

Hagæ Schauenburgicæ, Die XIII.
Junii, qui Divum PARENTEM
in coelestem, TE in terre-
strem revocavit Patriam, Anni
clœi CCXXVIII.

subjectissimum,

D. Eberhardum Davidem
Hauberum.



Præfamen ad Lectores.

SI cui minus congruum videbitur Primitiarum nomen, aut supra levitatem præsentis libelli positum, illi quidem quod reponam, non habeo, nisi, nihil mihi in Primitiarum nomine præcipuum videri aut dignius, quo minus illud levioribus etiam appellis, si primæ vel authoris vel loci aliquujus sint, inferri queat. *Quod ipsum quoq; non novum est. Neq; enim Tübingerenses tantum, aut Julias virorum Incomparabilem atque Heroum inter Eruditos, PFAFFIORUM atque MOSHEMIORUM, Primitias habemus, sed subinde minoris etiam notæ libellis idem nominis videmus præfixum.* In manus, dum hæc ipsa in chartam conjicio, redeunt viri Clarissimi M. Herm. Sam. REIMARI Primitiæ Wismarienses, mole saltim his nostris non parum inferiores; quarum eo lubentius heic mentionem reddo, quod veritatem, tum so-

lida, tum eleganti ratione demon-
stratum eant, quam, vulgo licet para-
doxam, certissimam maximique &
amplissimi usus esse semper judicavi,
jamque in eo eram, ut eandem publi-
co Schediasmate proponerem, cum oc-
cupatam à viro doctissimo hanc ope-
ram viderem. Neque enim quidquam
aut magis accommodum aut magis
efficax esse reor, tum ad reprimendos
elatiores, tum ad erigendos demissos
animos, quam, si persuaderi mortali-
bus queat, æqualem omnibus secun-
dorum adversorumque mensuram
obtigisse. Verum è prænaturo diver-
ticulo redeo in viam, atque ad Pri-
mitias nostras, quas eo nomine insi-
gnire placuit, non alia ratione, quam,
quod aliud magis commodum, quo
exprimere leviora hæc rerum Schau-
enburgicarum miscellanea possem,
non occurreret, nulla hujus vel opellæ,
vel nominis opinione.

PRO-

PRODROMUS
ORIGINUM SCHAU-
ENBURGICARUM

atque

SCHAUENBURGI-
CÆ PALINGENE-
SIÆ.

Illu-



Llustrissimarum Gentium obscurissimæ plerumque ac dubiæ Origines sunt. Causa quidem in promptu est. Quo enim antiquiores sunt, eo magis recedunt ab hominum non tantum memoria, sed à literis etiam humanioribus cæterisque monumentis, quibus conservari illæ propagarique debent ad posteros; eo altius & ascendunt in seculorum barbariem, tenebrasque & tantas & tam diuturnas, ut clarissimam illam lucem, quæ antecedanea tempora illustravit, abegerint procul atque ferè extinxerint, recentissimis demum seculis multo Divinæ Prudentiæ ingeniorumque excitatissimorum afflatu refocillatam. Quod ad familiarum tamen, Illustissimarum licet, Stemmata atque Prosapias attinet, quæ perpetua serie connecti debent, pleræque earundem non interruptæ modo immensis hiatibus, sed plane etiam interceptæ sunt, ita, ut nullam Europæarum Gentium, Imperatorum, Regum, Principum, esse arbitrer, quæ in investigandis sanguinis sui fontibus, Parentibusque ac Majoribus, quibus creta est, non hæreret in spissa illa mediorum temporum ignorantia, ac tandem in iis invitâ morâ sub-

subsistere deberet ; nullam etiam ex Illustrissimis , quæ tenebras illas antecesserunt , Familia , in quibus pertexendis , delineansque earundem stemmatibus , non mature citiusque justo desistere tenereris . Ita quod Assyriorum Imperio olim accidisse legitur , ut *obscuri Reges* clarissimorum temporum , rerumque etiam , quæ contigerunt , memoriam extinguerent , illud vicissim Europæ medio ævo contigit , ut *obscura tempora* Clarissimorum Hominum Gentiumq; stemmata aut extinguerent penitus , aut obscurarent tamen quam maxime . Hocque unum , quod Genealogia nobis suppeditat , argumentum sufficere puto ad confundendos eos , qui ignorantiae maculam mediis seculis abstergere , atque in tenebris illis summam lucem videre sibi videntur . (a) Nec est , quod exemplis suffulciamus asserta nostra , cum idem id omnes nostri temporis Illustres familiae , diversissimæque de Earundem originibus sententiæ ac disceptationes loquantur . Merovingicæ , Capetingicæ , Ca-

ro-

(a) Neq; tamen ex iis sumus , qui omnimodam medio ævo caliginem tribuunt , sed , aliquam ei , exiguum licet , si cum antecedenti aut sequenti comparaveris , lucem superfluisse , non dubitamus .

rolingicæ, Francorum, Habsburgicæ, Saxonicae, Guelphicæ Origines; stemmata Carolinum, Wittekindeum & alia manifesto documento sunt. Ea tamen vicissim nostrorum temporum felicitas est, ut clarissimam superioribus lucem denuo affundant, quodque superest scintillularum ex antiquis illorum tenebris, omni opera ac nisu refocillent atque sufflent. Neminem ea de re dubitare censeo, qui præstantissimas operum Genealogicorum structuras, quæ ex rudi illa indigestaque medii ævi scriptorum chartarumque mole nostris temporibus extruntur, æmula fere Eruditissimorum virorum circa Illustrissimas Prosapias diligentia, quæque Genealogiæ facies antehac fuerit, & quæ ea nunc sit, (b) secum contemplabitur. Una Augustissima Domus Austria ca, ut Illustrium Originum, virtutum rerumque gestarum gloria, ita etiam exempli loco, multarum instar est. Cujus ita investigatas esse altissimas radices ab Incomparabilibus viris, Eccardo atque Kælero, constat, ut nihil supra. Sed nunc proprius mihi ad institutum meum accedendum est.

(b) Confer huc viri longe doctissimi ac Rever, Dni. REIMMANNI Historiam Genealogiæ.

Schaumburgi nomen loco non uni Germaniæ inditum reperitur. (c) Nobis heic de
CO-

(c) Vide loca Homonyma in *Lexico Universali Histor.* Lipsiensi, ubi tamen nec omnia, nec satis curatè recensentur. Est enim *Schauenburg* etiam castrum in Ortenavia, sylvæque Hercyniæ vicinia, prope Episcopatus Argentoratensis oppidum Oberkircham, nobilissimæ etiamnum Familiaæ & nomen & sedem dans, Stauffense quoque in Brisgovia Dominium Austriacum pignoris loco jam possidenti. Hoc ipsum tamen illud esse videtur, quod p. m. 237. *Lex. Univ.* in Comitatu Papenheimensi situm esse dicitur, nisi forsitan intelligitur *Schomburg*, Castrum in superiori Suevia ad Schussam, inter Wanganum ac Ravensburgum civitates, situm. Basileensis quoque in Helvetia pagus *Schauenburg* castrum exhibit, haud multum ab Augusta Rauracorum versus Austrum remotum. Cetera vero loca diversum à nostro Comitatu nomen obtinent. Nassovicum enim illud ad Lahnum castrum *Schaumburg* tantum, Franconicum vero *Schaumberg* vocatur, de quo posteriori, Familiaque, cui paret, Genealogicum nuper monumentum insertum est *Actorum Franconicorum Eruditorum Curiosorum* Fasciculo III. Est etiam *Schauenburg* non incelebre sacris peregrinationibus facellum montanum superioris Alsatiæ, Scho-

B

wen.

cognomine Castro sermo est, non procul à dextra visurgis ripa sito, fluminis per Inferiorem Saxoniam præcipui, (d) paulo infra, ubi famosissimam fabula Hameliam præterlapsus à Borea in Zephyrum divergit, prope Rintelium, celebre Ernestina Schauenburgica Academia aliisque nominibus oppidum, quod ipsum castrum amplissimo Comitatui, ad utramque visurgis ri-

pam

wenburg quoque Castrum à Brunone, Comite Schauenburgico, Episcopo Olmützensi, extructum, Ostraviæ civitati, diœcesi suæ adjectæ, vicinum, legitur, cuius nulla ibi mentio fit. vid. *Spangenberg Chron - Schauenburg L.I. c. 26. p. 63.* Cæterum plures Lexici Historici circa res Schauenburgicas errores infra recensebimus.

(d) Confluentes ad Mündam Werram atque Fuldam fluvios, novo Weseræ nomine adscito, continuare cursum suum, vulgo creditur. Non vero novum esse weseræ nomen, nec à werra nomine diversum, sed hoc ex illo tantum contractum fuisse, primus monuit, quantum novi, Doctiss. *Frischius in Miscellan. Berolin.* neminem non, nisi qui in Etymologiis Germanicis planè hospes est, habiturus consentientem. De ipso vero vocis significatu vel ex inde conjicere licet, quod *werra* medio ævo bellum sive motus bellicos denotaverit, cuius loco postea *Guerra* dictum est, unde Gal-

pam, præcipue vero aquilonem versus, circumjecto, nomen fecit. Ipsum vero nomen suum ab editiori situ traxisse videtur. *Burgum* enim esse castellum monti impositum, in vulgus constat, atqve ex innumeris medii æque ac nostri ævi locorum nominibus comparet. Speculari vero ex editiori loco atqve in vicinos agros, qua patet oculis aditus, prospicere, germanis *Schauen* dicitur, ita, ut genuina vocis Orthographia Schauenburg sit, ex quo deinde partim Schaumburg contractum, partim, pro Inferioris Saxoniæ dialecto, Schowenborg, Schowenborch, Schomborch, scriptum. Antiquissima vero scriptio Scowenborg atqve Scauenburg fuit. Græco nomine idem expressit Henricus *AQVILONIPOLENSIS* (e) in *Adolpheide*,

B 2

sive

Gallorum Guerre natales repetit. Idem vero pariter à *Wesen* derivari vel ex inde patet, quod subitus aliquis motus, præcipue bellicus, etiamnum ein *Wesen* vocatur, unde ex. gr. Kriegs-Wesen, was ist das vor ein *Wesen*, ein *Wesen* anfangen &c. dicitur. *Wesen* itaque sive *Esse*, (illud enim ab hoc factum sine dubio est) veteri Celtarum Philosophia in motu positum fuisse videtur, atqve ab hoc ipso flumini. etiam nomen inditum, uti aquis in genere, *Wasser*.

(e) Vid. de hoc Poeta Henr. *Meibomius* Jun.
T.I.

Sive de Historia Comitum Theorosburgensium Poëmatibus. Cæterum idem, quod vox ipsa prodit, literis etiam prodiderunt Hermannus de *LERBECKE*, in *Chronico Comitum Schauenburgensium*, atqve Erdwinus *ERDMANNUS*, in *Chronico Episcoporum Osnaburgensium*, (f) Schauenburg *castrum Speculationis* interpretantes, ut vel ex inde patet, fabulas nobis à *SPANGENBERGIO* in *Chron. Schauenburgico* obtrudi, quando nomen hoc à quodam Conradi II. Imperatoris, castrum hoc extructum aspicientis, disterio, *Schau die Burg*, exortum esse narrat; (g) quasi vero non jam antea nomen habuisset. Monti autem castrum hoc impo- situm fuit ab urticis denominato, *Nettelenberge*. Conditorem supra dictum scriptorum par constanqe consensus *ADOLPHUM* de *SANTERSLEBEN* appellat; quod tamen Albertus *CRANZIUS* postea fœdo errore in *SALINGLEBEN* corruptit, quem præter alios fecutus M. Cyriac, Spangenbergius in
Chro-

-
- T. I. *Script. German.* p. 598. in *Præfat.* & *Re- censio mea Scriptorum Schauenburgicorum*
§. II. ubi Rothmanni circa nomen *Theoros- burgensium* error notatur.
(f) Apud H. Meibomium T. II, *Scriptorum Rer. Germanic.* p. 206.
(g) L. I, cap. 4. p. 12.

Chronico varias circa hanc appellationem de Saliis Franciis observationes dedit aut somniavit potius, quem deinde alii quoque ex-scripserunt, donec Henricus *MEIBOMIUS* in notis ad editum à se *LERBECII Chronicum* Santerslebium restitueret. Neque satis fuit Clarissimo viro, restituisse Comitibus Schauenburgicis natales suos atque primam patriam, *Santersebium*, sed in hujus quoque Origines atque Santersebiorum Majores ita inquisivit, ut Comites eos Walpecenses fuissent, atque Marchiones Bernburgenses creatos demonstraret. Brevius hoc in Commentariis ad Lerbicum, uberior in Walpecensi Chronico, vernaculo sermone edito, (h) explicat, ex quo latius repetuntur in actis feudalibus contra Dioecesis Mindensem, è quibus etiam Tabula Genealogica infra scripta descripta est. *Santersebium* autem Ditmaro, Merseburgensi Episcopo, qui ipse è Comitibus Walpecensibus fuit, memorante, Dominica curia fuit, etiamnum superstes in Dioecesi Magdeburgensi, duplum pagū cognominem, majorem & minorem

B 3

rem

(h) Rarius obvio, dudum enim quæsitum non inveni, neque citatum tantum memoratumve inter Meibomii opera legi. Impressum autem fuit Helmstadii sumtibus Zachar. Raben. Typis Hæredum Jacobi Luzii A. 1619.

rem (grotten unde lütken Santersleben) complexa, qva Lotharium I. Comitem Walpe- censem donavit à se in gratiam receptum Otto M. Imperator, confessionis contra Ipsum factæ participem. Idem hic Lotha- riuss in facinoris expiationem celebre Cano- nicorum Regularium Collegium Walbecæ primus fundavit, quod dudum antea castrum fuit, Comitum antiquissimorum illustri genti nomen ac sedem diu præbens, latino sermone eodem Ditmaro, cui patria fuit, interrete, *Rivum Silvestrem* significans. Lo- tharius III. secundi filius, Marchio Bernbur- gensis atqve Burggravius Magdeburgensis factus, Uxorem secundam duxit *Godilam*, patrimonium ejusdem in occidentali Saxo- nia ad utramque visurgis ripam consecutus, ipsa vero, eo defuncto, postmodum Her- manno, Misniæ Marchioni, nupsit. Conju- gum horum filius, Wernerus, excidit digni- tate Bernburgensis Marchionis, variosqve alios ditionum suarum titulos ad filios, quo- rum complures habuit, propagavit. Ex iis Adolphus, vel filius vel nepos, Santerslebiæ gentis sator extitit, atqve tum curiam illam, tum Terras visurgicas, aut partem earun- dem potissimum nactus est. Schauenburgum castrum extruxit primus, à Conrado II. Im- pera-

peratore, in Comitiis Mindensibus Comes Schauenburgicus factus, erectis in Comitatus dignitatem terris suis visurgicis. Hæc ita, collatis Schauenburgicis monumentis cum Walpecentibus, recte ex utrisque colligit *Meibomius* atque sine dubio reddidit indubia. Cum enim Santerslebium Walpecentium Comitum atque Marchionum Bernburgensium fuisse ex Ditmaro constaret, *Erdwinus* vero atque *Lerbecius* in Chronicis, ille Osnaburgensi, (i) hic Schauenburgico, Adolphum illum de Santersleve fuisse, atque ex Magdeburgensi Diœcesi, memoriæ prodidissent, facile constare poterat de stemmate atque Majoribus Adolphi. Verba Erdwini Erdmanni hæc sunt : *In his Temporibus ad eundem Conradum Imperatorem in Minda venerunt Domini de Santersleve, de Diœcesi Magdeburgensi, tempore Sigeberti, Episcopi Mindensis, & Adolphus, vir strenuus, fidelis atque prudens, Urticarum montem, vulgariter dictum de Nettelenberg, in feudum recepit & factus est Camerarius Episcopi, castrum Schowenborg sive Speculationis fundavit, ab Imperatore predicto Comes creatus atque investitus est.* Lerbecii vero : *Ex*

B 4

borum

(i) Ap. Meibom T. II. Script. German, p. 206.
in Gosmaro XV. Osnaburg. Episc.

borum autem virorum nobileum (Frisonum) numero nonnulli partem Saxonie in Diœcesi Magdeburgensi incoluerunt, ab Imperio cum duabus Ecclesiis curiatis, scilicet Santersleven & Scakensleve, infeudati, ubi pedem manendi figentes nobiles de Santersleve multis temporibus sunt vocati. Harum itaque Ecclesiarum ceterorumque bonorum collatio adhuc ad Dominum de Schowenberg spectat & pertinet usque in præsens. Conrado ergo præfato Curiam solennem in Minda ferè perbiennium tenente, quidam ex his nobilebus superstes, nomine Adolphus, &c. Cætera cum Erdwino ferè parilia habet. Accedit, quod Schauenburgi Comites Santerslebierse Dominum postmodum etiam servaverint, duarumque Ecclesiarum curiatarum, quibus constat, Santersleben & Scakensleben, Lerbecio memorante, hujus adhuc temporibus Patroni fuerint atque Collatores, quo Jure an suo adhuc tempore usi fuerint, dubitat Meibomius, qui tamen id in aula Schauenburgica Ernesti, cuius autoritate Lerbecium cum Commentariis suis ediderat, facile poterat resciscere. Merito autem Illustrem jam tum primorum Schauenburgi Comitum gloriam Meibomius exinde demonstrat, quod Clientes habuerint nobiles à Dreileve antiquissimam gentem, nobilissimam atque mult-

multarum imaginum, qvæ inter liberos olim Imperii Dynastas locum habuit. Iis enim partem bonorum Magdeburgenfium feudi titulo possidendum dederunt Schauenburgici Comites, atqve illustri hac gente, ut videtur, in Volrado III. extincta, Ericus Comes idem feudum contulit nobilibus Alvenslebiis (k) A. 1487. qui ipsi Comitum titulo aliquando insigniti fuisse leguntur, unde & in Alvenslebensi præfectura Magdeburgenfis archiepiscopatus, Santerslebium & Sackenslebium pagi, Meibomii tempore, etiamnum superfuere, nobilibus Velthemiis parentes. Alia quoqve ratione Meibomius easdem has Comitum Schauenburgicorum è Santerslebiis atqve Walpezensibus origines confirmat p. 46. ad Lerbecium. Nimirum, *Adolphum primum Comitem Schauenburgi*, ait, *nonnulli fratrem faciunt Brunonis XVI. Mindensum Episcopi; Brunonem Mar-chionem Brandenburgensem fuisse Lerbecius memorat*; quem tamen, notiori nomine pro ignotiori posito, Bernburgensem scripturum fuisse, Meibomius judicat. Mirum autem omnino est, summum virum in tanta re,

B 5

atqve

(k) Ipsas literas, quibus investiti sunt, vedit Meibomius, uti ipse memorat ad Lerbecium. p.m.46.

(l) An eorundem adhuc sint, nescio, in *Geographia* enim Magdeburg. Doctiss. *Abelii* non inveni.

atque ubi ex instituto origines Schauenburgicas persecutus est, in Gloriosissimi atque munificentissimi Principis Gloriam, has conjecturas suas non firmiori aliquo fundamento suffulsiſſe. Magis adhuc mirandum videtur, quod, ubi de Brunonis Episcopi natalibus egit, non citaverit locum Chronicus Mindensis, unacum Lerbecii Schauenburgico ab ipso editi, nihilque ad eum commentatus fuerit, quo Bruno *Ecberto Marchioni consanguinitate proximus fuisse affirmatur.* (m) Evidem illam nonnullorum de consanguineo nexu Adolphi & Brunonis traditionem veritati consentaneam esse, facile colligi poterat, si coævos fuisse eos, si non unum Adolphum,

(m) Verba Chronicus hæc sunt: *Bruno, decimus sextus Episcopus. Hic ab Henrico Tertio - - - Monasterium S. Mauriti extra muros in Insula prope civitatem Mindensem, ubi in Domino feli- citer requiescit, Anno Christi XLII, fundavit de suo proprio patrimonio. Id tamen postea tempore Al- berti de Hoja translatum est ad civitatem Mindensem ad Ecclesiam S. Simonis (Symeonis) anno Do- mini MCCCCXXXV. Ad prædictum etiam Mo- naſterium præfatus Episcopus, scil. Bruno, tranſflu- lit Monachos de Monasterio S. Johannis Magde- burg, ordinis SS. Benedicti, eo quod de illis Pa- tribus esset natus scilicet Magdeborg ejusdem etiam Ecclesiæ Canonicus. Et Monasterium prædictum in honorem prædictæ Magdeburgenſis Ecclesiæ pa-*

phum, sed duos ad minimum Santerslebi-
os, Mindam advenisse, si Brunonem ex ea-
dem, qua illi, Magdeburgica Diœcesi ori-
undum fuisse, si magnas Adolphi in curia
Mindensi partes, si ejusdem in eodem cum
Brunone loco ad S. Mauritium, Monasteri-
um à Brunone extructum, sepulturam con-
sideres; quibus alia documenta accedunt.
Verum memorata Brunonis cum Echerto
consanguinitas, id est, quod clarius explicat-
um, quod certius probatum vellem; atque
eo nomine eruditissimos atque illustres vi-
ros, qui abstrusa medii ævi monumenta no-
stris diebus diligentissime perscrutantur, at-
que illustrium gentium Origines in apricum
ponunt, observantissime rogatos volo, ut,
quæ ad demonstrandam Ecberti Marchio-
nis, atque Godilæ Lotharii uxoris, & Bru-
nonis Episcopi consanguinitatem firman-
damque aut emendandam, aut augendam
aut illustrandam adjectam huic libello Ge-
nealogicam tabulam, atque ad Comites
Walpecenses, Wolmerstadienses, Burggra-
vios

*tronii, scilicet S. Mauritii, consecravit. ISTE
BRUNO ECBERTO MARCHIONI CON-
SANGUINITATE ERAT PROXIMUS, &
mox, ut Episcopatum suscepit, omni studio, impi-
mis primitivæ Ecclesiæ, fratrumqve suorum pran-
dium de bonis hæreditariis benigne ad auxit, Dr.*

vios Magdeburgicos ex ea stirpe, pertinen-
tia obviam sibi habent aut habebunt, bene-
vole mecum communicent; ut eo altius in
origines Schauenburgicas inquirenti non
propriis modo, quæ nimiris tenues sunt, sed
alienis etiam alis instructo evehit atque assur-
gere liceat. Constat certe de illustrissimis Ec-
bertorum ex imperatoria Saxonum stirpe
originibus, atque cum Imperatorum Conra-
di Salici & Henrici IV. regio sanguine nexu.
Vide sis allegata Scriptorum ejus ævi Lam-
berti Schafnaburgensis ad A. 1063. & 1067.
*Apologiæ pro Henrico IV. atque ipsius Hen-
rici apud Wilhelm. Hedam testimonia, à Ce-
leb. Hahnio in der Reichs-Historie P. III.
§. VIII. p. 83. not. b. & d.* Propius tamen
forsitan se contigere, quam ibi à viro doctis-
simò explicatur. Cum autem alibi ipsa San-
terslebiorum mater Conradi Regis filia fuisse
credatur, illustria heic utique conjicio.
Vagam illam Lerbecii traditionem de San-
terslebiorum origine ex nobilitate Frisica
admodum non curo, si quid tamen ad eam
vel firmandam vel confutandam succurret,
acceptum erit. Ut autem illustria hæc sunt
Comitatus Schauenburgici primordia, at-
que Santerslebia gens, eundem naœta, ad pri-
stinum Majorum fastigium gloriose enixa
est: ita tamen in evehenda ea nondum sub-
stitit

stitit divina providentia. Adolphus enim Secundus, Primi, & primi Schauenburgici Comitis, filius, cæso à Slavis Godefrido, Holsatiæ Comite, à Lothario, Saxoniæ Duce, postea Imperatore, cui, extincto Billungorum ultimo, Magno, Ducatus ille ab Henrico V. Imp. collatus fuerat, comitatu eo investitus est, atque ita Schauenburgicis terris Holsaticas Stormariensesque junxit, quibus postea Wagricæ etiam acceſſerunt, cum Civitatibus Hamburgensi ac Lubecensi. Video equidem, viros doctissimos, atque inter eos Dn. D. Bierlingum, in dissertatione de Familia Comitum Holsato Schauenburgicorum, p. 9. §. III. atque adjuncta illi tabula Genealogica, in ea sententia esse, Cranzii conjecturas secutos, intercedere inter Adolphum primum Schauenburgici comitem, atque Adolphum alterum, primum ex hac gente Comitem Holsatiæ, vel unum, vel duos alios, hactenus anonymos (nullibi enim hoc temporum intervallo Schauenburgici Comitis vel nomen vel memoria hactenus reperta ob ingens, quibus distant, temporum divortium) adeoque hunc illius non nisi nepotem aut pronepotem esse potuisse; verum non video calculum id poscere, aut humanæ vitæ exigere terminum. Adolphus I. Santerslebius in ætatis flore constitutus

tutus fuit, cum Anno 1030. Imperii Comes crearetur, atque obiisse creditur A. 1055. Adolphus II. ipso Rev. Bierlingio p. 10. nos edocente A. 1122. Si itaque admittas, Adolphum filium, Patre A. 1055. defuncto, fuisse quinque annorum, fuit A. 1106. quo Holstatiæ Comes factus fuisse creditur, annorum 56. atque A. 1122. quo obiit, annorum 72. Si vero decem annorum, Patre defuncto, fuisse velis, quinquennio major erit, atque anno ætatis 77. ē vivis ereptus. Lerbeccii certe cæterorumque Scriptorum silentium plus mihi conjectura Cranzii valet, spesque est, fore, ut aliqua Comitis Schauenburgici mentio in supra dicti intervalli monumentis, quæ cottidie majori cura ac numero eruuntur, evolvuntur, perlustrantur, tandem deprehendatur, eoque nomine, potissimum viros illustres atq; diligentissimos, qui his aliisque modis pluribus haetenus de patria Germania bene meriti sunt, humanissime oro atq; obsecro. Huc eodem pretinet *Agnes* illa, quæ in subiecta tabula Genealogica, Adolphi primi Comitis Schauenburgici filia, secundi soror, atque Theodorici II. Cliviæ Comitis, Volantis à seculo dicti, uxor fuisse atq;ve A. 1089. terris excessisse legitur. Nituntur ea fide Wernerii *Teschenmacheri* in Annalib. Cliv. P. II. p. 213. Edit. Ditmar. ē quibus cæteri

teri etiam Cliviaci scriptores repetunt; atque in *Genealogia Comitum atque Ducum Cliviae*, quæ vernaculo sermone Anno 1679. Arnhemii prodiit, imagini Theodorici Comitis p. 16. expressæ uxoris quoque insignia, Schauenburgicam cum tribus clavis urticam, juncta videas. Unde ea hauserit Teschenmacherus, non nominat Adolphum insuper non Schauenburgi modos, sed etiam Riebergæ Comitem scribens. Quæ omnia majorem suo jure curam postulant.

Viruit, floruit Urtica Schauenburgica, atque in majus diu diuque variosque ramos excrevit; * tandem, quæ rerum mortalium, illustrissimarum licet atque amplissimarum, insuperabilis conditio est, eheu! exaruit, atque, uti fere sol, quando longo tempore cælum non modo, sed terram etiam, & quicquid sibi objectum est, splendore suo collustravit, atque in alto stetit, sensim Horizonti vicinior, subito tandem conditur, defuncto fine prole Ernesto, insecutis matre Justo Hermanno, Hermanno, Georgio Hermanno, marcescere cœpit, & tandem in Ottone ultimo, A. superioris seculi XL. ætatis atque gentis suæ flore extincta. Sed quæ

* Hic, ubi non nisi de origine atq; Restitutione Illustrissimæ Genitris Schauenburgicae sermonibus est, medium Ejusdem Historiam ex instituto prætermittimus; aliquam tamen illius delineationem insira in *Commentationis de scriptoribus Schauenburgicis* §. X. nota (*) obiter interspersam deprehendes.

fieri amat divina providentia, ut, succisis arboribus, quæ dudum erectæ steterant, aliæ ex radicibus ac seminibus earundem succrescant, eandemque, quæ priores ornaverat, altitudinem ac gloriam adsequantur; ita etiam Schauenburgica urtica in Rosa Lippiaca refloruit. Non enim sine divino nomine accidisse reor, ut Elisabetha, Divi Ottonis, atque Elisabethæ Ursulæ filia, Ernesti Principis germana soror, defuncto patre, nuptum daretur Simoni VI. unico tum Lippiaco Comiti, eumque, totumque stemma illustrissimum, multa prole fœcundum secundumque redderet, communis ejusdem omniumque Comitum Lippiacorum mater facta. Elisabethæ hujus Schauenburgicæ filia, Elisabetha Lippiaca, Georgio Hermanno, Comiti Schauenburgico Gehmensis Linææ, nupta, Ottonis, Comitis ultimi, & mater & hæres facta est, manifesto Summi Numinis arbitrio auxilioque virtutem ipsius coronante. Id quomodo gestum sit, in subjunctis de scriptoribus rerum Schauenburgicarum annotationibus in compendium redigire censuique; uberioris olim ea recensiturus, si Deus voluerit, in *Schauenburgica Palingenesia*. Vix fore autumo, qvæ aliunde huc conferri possent, cum ipsa illustrissima Elisabetha omnia, qvæ in re illa gesta sunt, publicis typis in actis feudorum Mindens. describi curaverit. Tab.

Tab. A.

	Dn. Grüningens.
	ngens.
	Ondator Collegii Grüningensis, & Ottonis Sa-
Lotharius I. Com. & Com. Palat. † in Ux. - - - - Cor	Jutte † 930. e scalis prolapsa accepto è forcipe vulnere, an- te Parentes.
Lotharu reconcili leve, fit l nonic, W furtens.	
† 990. 3	
Sigfridus Com. Waldeburg. vid. Tab. B	Lyla. 1. Hylle Ux. Bartholdi Comit.
tronis II. wig, Dux d Visurg. . Misniae.	Henneberg. March. Suinfurt. & Dur- lac. † Suinfurti.
Ditmarus Abbas Corbei. † 1046. 15. Febr.	Fridericus Burggr. Madeb. vid. Tab. C.
Dom. Santerslev. & Rodenberg. inqua Imperatoris Conradi II. vi- indæ ad S. Maurit.	
Bruno Dom. Santer Conradi II. Cancell. naſt. S. Mauriti, in extreto.	Hilgibold. Hemmucke. dedere S. Mauritio bona quæ- dam in loco Wederborg. Lehrbecke.
Agnes. Com. Schauenburg. Ux. Theodor, II. Comitis Clivensis.	

Tab.

Tab. A.

Petrucius.

<p>Com. Walpecens.</p> <p>Com. Walpecens.</p> <p>Com. Walpec. Ludovici III. Imperat. & Ottonis Saxon. Ducas propinquus.</p> <p><i>Lotharius I.</i> Com. Walpec. Heinrici I. Imp. Consil. & Com. Palat. † in proel. Lunkein. A. 980. 7. Sept. Ux. - - - Com. Sommering.</p> <p><i>Lotharius II.</i> Com. Walpec. & Wolmerst. Ottoni M. reconciliatus accepit ab eo Curtim, Domin. Santers- leve, fit Marchio Bernburgi; fundat Collegium Ca- nonic. Walpecentse. 1. Ux. - - - Com. Quer- furens. 2. Ux. Mechtild. Com. Thuring. Septentr. † 990. 3 Dec. sep. Walbecæ.</p> <p>Sigfridus Com. Walpec. & Wolmerstad. <i>vid. Tab. B.</i></p>	<p>Com. Woimerstad. & Dn. Grüningens.</p> <p>Dom. Grüningens.</p> <p>Sigfridus Dns. Grüning. Fundator Collegii Grüningensis. Ux. Juditha Comes - - -</p> <p><i>Lotharius III.</i> March. Bernburg. Burggrav. Magdeburg. Com. Walp. & Wolmerst. Dom. Santersl. Ottonis II. Imp. Com. Palat. † 1006. 25 Jan. 1. Ux. Hedwig. Dux Bavar. & Saxon. 2. Ux. Godila March. Saxon. ad Vifurg. & Dom. Rodenb. postea Uxor Hermanni March. Misniae.</p> <p><i>Wernerus</i> Marchio Bernburg. B. Magdeb. Com. Wallb. & Wolmerst. Dn. Santerslev. Pater plurim filiorum. Ux. 1. Luccardis Eccardi March. Misniae. fil. Ux. 2. † 1012. 13. Nov. sep. Walpecæ. 3. Rein- hild Com. Beichling. † Ellerstad. d. S. Mart. 1013. sep. <i>ibid.</i></p> <p>Com. Wolmerstad.</p>	<p>Jutte † 930. ex scalis prolapsa accepto e forcipe vulnera, an- te Parentes.</p> <p>Lyla. f. Hylle Ux. Bartholdi Comit. Henneberg. March. Suinfurt. & Dur- lac. † Suinfurti.</p> <p>Fridericus Burggr. Madeb. <i>vid. Tab. C.</i></p> <p>Dom. Santerslev. & Rodenberg. Ux. - - - filia vel propinqua Imperatoris Conradi II. vi- dua degit Rodenb. sep. Mindæ ad S. Maurit.</p> <p>Hilgibold. Hemmucke. dedere S. Mauricio bona quæ- dam in loco Wederborg. Lehrbecke.</p> <p>Agnes. Com. Schauenburg. Ux. Theodor. II. Comitis Clivensis.</p>
Bruno Dom. Santersl. & Rodenb. Episc. Mindeni. Conradi II. Cancell. † 1055. 10 Febr. sep. in Mo- nastr. S. Mauritii, in suo patrimonio suis sumtibus extuncto.	<i>adolphus</i> Dom. Santerslev. & Roden- berg. primus Comes Schauenburgi A. 1030. † 1055.	Hilgibold. Hemmucke. dedere S. Mauricio bona quæ- dam in loco Wederborg. Lehrbecke.
Bruno Dom. Santersl. & Rodenb. Episc. Mindeni. Conradi II. Cancell. † 1055. 10 Febr. sep. in Mo- nastr. S. Mauritii, in suo patrimonio suis sumtibus extuncto.	Adolphus II. Schauenburgi I. Holla- tiae Comes.	Agnes. Com. Schauenburg. Ux. Theodor. II. Comitis Clivensis.
	C	Tab.



Tab. B.

Sigfridus Comes VValpec. & VVolmerstad. † A. 990.
 15 Mart. 1. Ux. - - - Com. Summering, ad Un-
 strutam. 2. Ux, Conigundis Marchio Stadenis, filia
 Henrici, neptis Lotharii, Marchionum Staden. am-
 bæ sepulta jacent VValpecæ.

VWilligis Prä- pos. VValpec.	Ditmarus Episc. Mersburg. † 1018. 1 Dec.	Fridericus Com. VVolmerst.	Henricus, † improles. 1616. 2 Oct. comita- tum ejus Henric. II. A. seqv. contulit Sigfri- do Comiti Stadeni, A. 1035.	Sigfrid, Abb. S. Bruno Cony. Theodoricus Joh. Magdeb. Corbej. Com. Episc. Monast.
Bruno Abb. S. Joh. Magd. E- piscop. Verdens. A. 1035.				

Tab. C.

Fridericus Burggr. Magdeburg. I. Ux. Tieburg.
 March. Oriental. II. Ux. - - - -

I.

Conrad, Burggr. Magdeb. Dom. in Plotske, fit Marchio
 Osterland. † in Itinere romano sagitta confossum. Ux.
 Margaretha fil. Reinhardi Com. Ascaniæ.

Meginfredus Com. VValpec.

- - - - Comes.
VValpec.

Helfricus Burggrav.
Magdeb. in Plotsk.

1117.

Hermann, Burggrav.
Magdeb. Dom. in
Plotske.

Sigfridus Com. VValpec. † in itinere
 Rom. in Apulia. A. 1137. circa Pente-
 col. Comitatu VValpecensi postea inter
 proximos agnatos disperso.

Conrad, ultimus
 Burggr. Magd. ex
 hac Stirpe.

Henricus
 improles.

Irmengardis
 Ux. Ottonis
 vel Udonis
 Marchion.
 Soltwedel.
 cui dotis lo-
 co attulit
 Dominium
 Plotske.

RE-



Comes VValpec. & VVolmerstad. † A. 990.
Et. I. Ux. - - - Com. Summering. ad Un-
i. 2. Ux. Conigundis Marchio Stadens, filia
, neptis Lotharii, Marchionum Stadens. am-
ultæ jacent VValpecæ.

proles. Sigfrid, Abb. S. Bruno Cony. Theodoricus
omita- Joh. Magdeb. Corbej. Com.
c. II. A. Episc. Monast.
Sigfri-
densi.

I. Ux. Tieburg.

shio Meginfredus Com. VValpec.
Ux.

mes. Helfricus Burggrav. Hermann, Burggrav.
Magdeb. in Plotsk. Magdeb. Dom. in
1117; Plotske.

Conrad, ultimus Henricus Irmengardis
Burggr. Magd, ex improles, Ux. Ottonis
hac Stirpe. vel Udonis
Marchion.
Soltwedel.
cui dotis lo-
co attulit
Dominium
Plotske.

RE-

RECENSIO
**SCRIPTORUM RES
SCHAUENBURGICAS
ILLUSTRANTUM.**

C 2

I, II,

*scriptores
universa-
les His-
tori-
cisi.*

I. **J**i, qui de rebus Schauenburgicis universis egere, atque Historicas nobis de toto hoc amplissimo Comitatu, Illustrissimaque Comitum gente relationes integras tradiderunt.

Antiquissimas Schauenburgensium Comitum Origines *MEIBOMII Chronicon VValpecense* explicat, quod infra memoramus §. VII. not. **. Hic vero primo loco nostra venit Fr. *HERMANNI de LERBECKE Chronicon Comit. de Schoenborg*, ab Adolpho, Primo Comite, ad sua usque tempora. (*) Chro-

(*) *Quousque in recensendis rebus gestis Schauenburgicorum Comitum descendat hoc Lerbecii Chronicon, in prefatione ad eam T. I. Script. Germ. p. 492. H. MEIBOMIUS Junior disputat contra J. G. VOSSIUM, de Historic. Latin. adducitumque ad eundem a SANDIO HENNINGSIUM, ubi palam quidem est, ultima, quæ in eo Chronico Latino quidem membrantur, ad A. c ICCCCIV. pertinere, mortem Ottonis III. Comitis, quam eo anno operiit, describentia. Verum cum hoc suum Lerbecius Chronicon ipsi huic Ottoni, fatriique ejus germano, Bernhardo, Praeposito Hamburgensi, inscripserit, pariter manifestum est, Ottонem tum in vivis fuisse, cum primum ille Chronicon hoc conscriberet, quæque*

Chronicon hoc, cum intercidisset ferè, re-
C 3 sti-

que mortem ejusdem concernunt, vel recentius & Lerbecio vel Bevessio forsan, de quo mox, adjecta. Attamen ex eadem Lerbecii dedicatione adparet, jam tum in vivis fuisse Ottонem III. Secundi Ne- potem. Collegit autem sua Lerbecius partim ex Slavorum Chronicō Helmoldi, partim ex singulari privilegio Frisonum, suppositio eo, atque aliis Mo- nasteriorum quorundam, Mindensis Dioceseos, Privilegiis ac Chronicis; atque cum plurimis bonis ac veris falsa quædam ac ficta, bona tamen fide, adminiscuit; facile errores, quos Meibomius jam obseruavit, præcipue in ordinandis temporibns, ubi integro seculo nonnunquam à vero abludit, adduci possent. Ita, exempli loco, quod Meibomius non notavit, Adolphum primum Schauenburgi Co- mitem A. c Iɔ XXX, atque alium cognominem, Holsatiæ Comitem A. c Iɔ C VI. factum, eundem facit, hujusque filios tribuit illi. Quis vero scri- ptorum ejus avi sine nave, neque etiam innume- ris scatet mendis atque erroribus? uti Lambecius T. II. Rer. Hamburgens. p. 147. à Meibomio in præf. adductus, per hyperbolēn judicat, qui cetero- quin eum egregia multa continere non diffitetur. Neque etiam omnes errores Lerbecii, varii etiam scripturæ sunt. Certe haud pauca se loca corrupta ex veris, quæ adhibuit, originalibus restituere pos- se, fidem facit Doctissimus, qui Lerbecii quondam domicilium, Fr. Prædicatorum Monasterium Min- dense, in Gymnasium mutatum, jam inhabitat, Re- citor B. U. N. E. M. A. N. U. S. de Biblioth. Mindens.

B. 2.

stituit, atque auxit D. Lambertus de
 Lamberto BEVESEN Præposit. ad S. Jo-
 sen au- Osnaburgens. & quondam Mindens.
 ans. official. (*) Idem forsitan etiam in
 vernaculum verti fecit. (**) Sed denuo ne-
 glectum Divi Principis Ernesti auspicis
 publici Juris factum præfatione notisque
 variis, quæ novi operis instar esse possunt,
 illustratum ac una cum aliis quibusdam e-
 ditum. Eademque Illustrissimo Prin-
 cipi, Ernesto, inscriptum fuit ab Hen-
 rico MEIBOMIO Francof. ad
 Moen. typis Erasmi Kempfferi, sum-
 tibus Rulandiorum A. MDCXX. 4. (***) ab
 Henrico MEIBOMIO Juniori denuo To-
 mo I. Scriptorum Rerum Germanicarum
 cum nova præfatione insertum.

§. II.

(*) HAMELMANNUS in antiqua Westphalia p.
 40. seq. de Doctis in Westphalia viris P. III, 23.
 seq. de Familiis emortuis L. I. p. 700. seq.

(**) Germanicam Lerbeccii versionem Ⓛ Meibomius
 habuit, in qua quadam ad A. cl CCCCLXXIV.
 adjecta fuere, vid. p. 44. Ⓛ 22. Edit. Francof. Ⓛ
 Spangenbergius secutus est, uti ex citato Meiba-
 mii loco colligitur.

(***) Lerbecium in Meibomii Bibliotheca delitescere,
 edocuerat Ernestum, Principem, Consiliarius ejus,
 Melchior GOLDASTUS, eadem præfatione me-
 morante. Inter varia ceteroquin, quibus com-
 men-

§. II.

Adolpheis, sive de Historia Generosorum Nobiliumque Comitum Theorosburgensium (*) vel alias vulgo Schomburgenſum, ac Hamburgenſis Civitatis famosæ, decanata per Henric. Aquilonipolensem, (**) Poëtam, à Meibomio, cum ejusdem de primordiis Lubicanæ urbis Cæſareæ Libris II. atque Justini Lippiflorio, Lerbecio adjuncta.

C 4

§. III.

mendari merentur Meibomiani hi ad Lerbecium commentarii, præcipue illud etiam est, quod veros Illustriſſimæ Genti natales restituerit, primumque ejus Satorem Adolphum de Santersleben fuisse, non de Salingsleben (ut ifœdo errore, sequioribus etiam scriptoribus, Chytræo, Hamelmanno, Spangenbergio, prout fieri aſſolet, adoptato, Cranzius corruperat) ex Lerbecio, atque Erdwini Erdmani Osnaburgenſi Chronico docuerit; de quo & aliis hic pertinentibus supra.

(*) Ex hoc Græca Originis nomine minus intellecto, vocatos etiam Schaumburgenses Comites Theorosburgenses fuisse Frid. Jul. Rothmann in annot. ad Ordin. Civil. Schauenburg. p. 8. conjectit.

(**) De celebri hoc sui temporis, sed miſello Poeta, plura vide apud Juniorem Meibomium in Præf. ad Lerbecii Chronicon, scriptoribus suis insertum. Dedicavit Adolpheida suam Johanni Mineo, in Indagine Civili nato, Lubecensis Urbis lumini, artis Apollineæ Magistro.

§. III.

*M. Cyriacus Spangenberg.
Chronicon.*

Chronicon, in welcher der Hoch-
gebohrnen Uhralten Grafen zu Hol-
stein-Schaumburgk, Sternberg und
Gehmen Ankunft, und wie sie die
Graffschafften bekommen, wie lange sie auch
das Herzogthum Schleswighinne gehabt
und besessen, und jeho die Graffschafften
noch inne haben, auch Nahmen, Herkom-
men, Genealogie oder Stam-Baum, aller
Grafen Leben, Friedes- und Krieges- Hand-
lung, Thaten, denckwürdige Geschichten,
derselben Stifte, Schlosser, Städte, Fle-
cken und Bergwercke, aus bewährten und
glaubwürdigen Sribenten, briefflichen Uhr-
funden und von Alters hero zusammen ge-
zogenen Bericht gründ- und müthlich beschrie-
ben, durch M. Cyriacum Spangenberg, atque
in fine. Gedruckt zum Statthagen. Anno
Christi 1614. fol. (*)

§. IV.

(*) Postremus fere hic liber celebri Chronicorum scriptori-
ri, Spangenbergio, labor fuit, jussu atque auspiciis
Incomparabilis Principis, Ernesti, Schauenburgico-
rum Comitum Gloriosissimi, perfectus, atque ipsius
venerandi senis manu A. clz I. CII. atatis LXXV.
descriptus, V. die Decembris absolutus, ipso in pra-
fatione memorante. Non quidem continuavit hoc o-
pus usque ad A. Editionis, uti in prolixa ejus re-
cen-

§. IV.

Fuit vero post Spangenbergium nemo fere, qui res Schauenburgicas describere atque Chronicon illud continuare institue-

C 5 rit;

censione Centur. I. Art. 41. ¶ 45. p. 127. seqq. ¶ 144. 145. Bibliotheca Hamburgensis memorat; socias tamen authori manus præbuit sanguine ipsi conjunctus M. Johann Gezeler, Iberensis Ecclesiæ Pastor, quem ad perlustranda atque describenda potissimum antiqua documenta atque literas Illusterrimus Author adhibuit, qui quoque, quod aliunde didicimus, privata singulorum locorum monumenta colligi atque edi jussit, licet nihil vel parum eorum, quæ ad particularem locorum hujus Comitatus notitiam pertinerent, in Chronico hoc expressum, neque etiam quicquam antiquarum litterarum, lapidum, aliorumque similium monumentorum insertum sit, præter pauciora nonnulla, inter quæ præcipuum locum causa Sternbergensis occupat, quam ex genuinis authentisisque documentis solide atque prolixe satis perorat. L. V. cap. 18. p. 226 - 233. docetque, sinistra ea esse, quæ HAMELMANNUS in antiqua Westphalia p. 60. seq. ex vago ipsique dubio viso rumore vulgi, ea de re retulit, quemque sequiores secuti sunt. Nec minus à verò abhorret, quod in Lexico Universali Historico Lipsiensi referatur, proprietatem Sternbergensis Comitatus hereditario quasi jure, cum magna Schauenburgensis parte, ad Comites Lippiacos, extinctis 1640. Schauenburgicis, pervenisse; hæc enim longe aliter eve-
nisse

rit; de Meibomii ad Lerbecium commentariis supra jam dictum est, qui recentiores quidem sunt, sed res antiquiores illustrant; alia privatorum studia atque conamina, collectæque hinc inde intra privatos parietes chartæ substiterunt. Attamen *Joh. Jod. Jo. Jod. VVINCCELLMANNUS Winckelmann.* *Chronico Hassiaco Schauenburgicum ad-*

nisse constat. Ibidem etiam matrimonium inter Ottonis Schauenburgici filiam, atque BERNHARDUM, Lippiensem Comitem, falso scribitur initum fuisse; errore exinde prognato, quod HAMELMANNUS in Genealogis Comitum p. 416. alio æque magno errore scribat, lites de comitatu Sternbergensi sopitas, matrimonio inter Bernhardum Lippiensem, & Annam Schauenburgicam contracto; initum nimirum matrimonium illud, quod Sternbergensem litem ad definitum tempus composuit, inter Simonem VI. atque Elisabetham, Ottonis filiam, universæ Celfissimæ Gentis Lippiacæ Parentes. Cæterum dulcissimæ patriæ memor, duplarem hic in Spangenbergio errorrem circa res Würtembergicas observo: alterum suum, ubi in Tabula Genealogica operi præmissa, atque L. V. cap. I. p. 212. Adelheidin, Gerhardi Cæci conjugem, Comitem Würtembergi fuisse scribit; fuit enim Wartbergica, Meibomio ad Lerbecium docente: alterum Typographi, ubi L. V. cap. 22. p. 236. tum in textu, tum in margine legitur: Johannes, Dux Studtgardiensis, pro Stargardiensi.

additurus, cum destinata ejus Celsissimo Comiti **PHILIPPO** probarentur, facile obtinuit, ut omnia ad res Schauenburgicas singulorumque locorum Historiam pertinientia colligi juberet. (*)

§. V.

M. Jo. Or- M. Jo. **ORSÆI** (**) Tremoniani,
sens. Ecclesiast. Rodenbergensis, Schaumburgias orsa Hagæ - Schawenburg, & Schauenburgias continuata ibid. 4.

§. VI.

Dissertatio Historica, de Familia Comitum Holsato - Schauenburgicorum hoc seculo extincta, quam in Academia Rintelensi de-
D. Frid. fendit M. Frideric. Wilh. **BIER-**
Wilhelm. **LING** A. 1699. 4. Adjecta est à Viro
Berling. summe Reverendo, superius jam no-
mi-

(*) Facta hæc sunt anno superioris seculi LIII. Chronico vero Winckelmanniano, dudum edito, nuper demum lucem publicam adspicere datum fuit.

(**) Rector antehac scholæ Hagensis fuit, atque dupliciti hoc elegantissimo Carmine, quod utrumque in Gymnasio Ernestino publice recitavit, illud quidem die 2. Jul. 1616. hoc die 27. Jul. 1617. Comitatum Schauenburgicum atque Ernesti Principis aulam, ministrosque sacros & profanos luculentiter descripsit.

minato, in egregia hac Historiæ Schauenburgicæ delineatione, Tabula Genealogica Comitum Holsato-Schaumburgicorum præstantissima, multa cura confecta. (*)

§. VII.

acta publica Pertinent hoc etiam acta publica inter Illustrissimam Principem, Elisabetham, ultimi Comitis Schauenburgici, Ottonis, A. 1640. defuncti, Matrem & Hæredem, atque Episcopatum Mindensem ob successionem actitata; quæ sunt: Acta, die *circa Fenda Minden-sia.* Mindische Lehen betreffend Rintelen. 1645. fol. Acta secundæ instantiæ in Sachen Schaumburg contra Minden, Rintelen 1646. fol. wohl begründete Beantwortung auf des Stifts Minden vermeinte Hinterschreibung. Rintelen 1645. 4. (**)

§. VIII.

(*) Vir Celeber. inter Adolphum Santerslebium, qui A. MXXX. primus Schauenburgi Comes creatus est, atque A. MLV. obiisse creditur, & Adolphum alterum, qui A. MCVI. vel MCXXI. Comes Holsatiæ factus est, Cranzium & Spannbergium securus, intercessisse vel duos, vel unum certè putat; illud, nisi fallor, circa necessitatem fieri, supra monui.

(**) Res gestas, extincta stirpe Schauenburgica, alii loco servamus. Actis his luculentissimis adiectæ etiam sunt

§. VIII.

Scriptores Saxonicae Infer. & VVef. & phalia. Neque minus hujus loci sunt Generales rerum Saxoniæ inferioris atque Occidentalis, quam Westphaliæ am vocant Scriptores ; præcipue CRANZIUS, (*) CHYTRÆUS, (**) HAMELMANNUS, (***) alii (****)

§. IX.

sunt de primis ejusdem Originibus Santerslebiis, Bernburgicis, Rodenbergiis, Walpecentibus, ex antiquissimis documentis, atque Walpeensi præcipue MEIBOMII Chronico, vernaculo sermone edito, annotationes atque Tabulæ Genealogicæ prolixæ.

(*) In Saxonia L. VIII. c. 26. Vandalia, Metropoli. Eum tamen ex LERBECIO, HELMOLDI Chronico Slavorum, GOBELINI PERSONÆ Cosmодromio, ALBERTO STADENSI, aliisque omnia sua compilasse, neque tamen ea nominasse, annotat atque indignatur Hamelmannus de Famil. emort. p. 700, 701. seq.

(**) In Saxonia.

(***) In Geneal. Comitum p. 410 - 412. Ubi prolixiorum horum Comitum Genealogiam promittit, in Genealogiis Principum dandam.

(****) Quos MĒIBOMIUS atque PAULLINI collegerunt, præter alias Doctiss. BUNEMANNUS, ad colligendam ex inde Historiam Mindensem, vid. §. sequentem.

§. IX.

Provin- ciarum vicina- rum. Qui aliarum provinciarum, vicinorum Schauenburgicis, Historiam atque gestas tradentes rerum Schauenburgicarum quoque mentionem fecerunt, atque documenta his inservientia exhibent, pariter huc referto, atque inter eos, scriptores Brunsvicenses, (*) Mindenses, (**) Holsaticos, (***) Hamburgenses.

(*) Quos Illustrem LEIBNITIUM dedisse constat.

(**) Quos Cl. BUNEMANNUS, qui ipse Historiam Mindensem daturus est amplissimam exactissimamque, collectis jam omnis generis documentis, inter quae complura sunt res Schauenburgicas illustrantia; recenset ea in Tertio de Doctis Westphalis Programmate p. A. 3 seqq.

(***) Ex. gr. DANCKWERTS Schleswisch-Holsteinische Landes-Beschreibung, fol. cui peculiaris etiam Comitatus Holsato-Schauenburgici Geographic Tabula inserta est Jo. MEIERI opera. PETERSENS Holsteinische Chronic. Alii, ii pricipue, qui Holsaticas Comitum Schauenburgicorum res data opera descripsere; quo pertinent Io. BOCERI Carminum, de Origine & rebus gestis Regum Danie & Ducum Holsatiae, Comitumque Schowenburgensium, Libri quinque Lips. ex Offic. He. Hantzsch 1577. qui demum è Cogitationibus Poeticis Clarissimi Bünnemanni, de meis Theologicis, mihi innotnere, not. (d)

ses, (*) Lubecenses, (**) Lippienses (***)
Celeberr. Viri D. Pol. Lyseri Historiam Co-
mitum Wunstorpiensium.

§. X.

Lexica Historica. Tandem hujus etiam loci sunt Le-
xica aliqua volumina Historica Uni-
versalia, Lipsiense ex. gr. quod ta-
men in rebus Schauenburgicis varios
habet errores. (****)

§. XI.

(*) Petri LAMBECII *Origines atque Res Hamburgen-*
ses; atque ex recentioribus Plur. Rever. Dn. Nic.
STAPHORSTIS Hamburgische Kirchen Ge-
schichte. Eruditiss. ac Celeb. FABRICII memoriae
Hamburgenes.

(**) Lubeca Religiosa, quam Vir Clariss. Jo. Jacob.
à MELLE meditatur, varia, quæ hoc facient,
conferet, ut opinor. Vide interea Historiam ejus
Lubecensem quatuor Dissertationibus acade-
micis, Celeb. Sagittario Præside excussam.

(***) J. Pidericii Chronicon & alios.

(****) Eos heic emendabimus. Recte quidem
ibi Santerslebia Comitum Schauenburgico-
rum origo, sed sine probatione, asseritur. Di-
visis inter Gerhardi I. anno 1281. defuncti,
filios terris, constitutas duas lineas fuisse,
Holsaticam atque Schauenburgicam, recte
quidem notatur; sed alia prior, jam in Adol-
phi V. a. 1261. defuncti filii, Johanne I. & Ger-
har-

Scriptores
Geogra-
phici &
Genealo-
gici.

§. XI.

Priusquam vero hinc discedamus,

pe-

hardo I. quorum ille Wagriam, hic Stormariam cum Schauenburgensi natus est Comitatu, divisio facta omittitur: prior illa in Adolpho VII. ao. 1390. extincta, haec autem in Schauenburgicam atq; Holsato-Schlesvicensem denuo divisa est, haecque posterior, ao. 1459. in Adolpho VIII. exaruit. Omititur etiam Schlesvicensis Ducatus accessione, quem primo Gerhardus V. Magnus a Waldemaro, Sororis filio, Daniæ Rege, accepit, sed eidem, a Christophoro pulso, reddidit, denuo pro-nepoti suo, Gerhardo VII. a Margaretha, Danorum Regina, collatum ao. 1386. confirmatumque ao. 1388. cuius filio, Adolpho VIII. extincto, uterque Ducatus ad Regem Daniæ pervenit, praefecturis Hatesborg, Pinnenberg & Barmstede exceptis, quæ cum aliis, in Hamburgensi Civitate, ac circa eam, prædiis ac juribus, ex Linea Wagriensis, ao. 1390. extinctæ, hereditate, Schaumburgicæ Lineæ in conventu Kiloniensi cesserant, post hac Comitatus, modo Holsatiæ, modo Schauenburgi, nomine indito. Calami error est, quando duces Holsatiæ ao. 1487. feuda Santerslebia habuisse, scribitur. Ericus enim non Dux, sed Comes Holsato-Schauenburgicus, dicto anno tale feudum nobilibus Breilebiis contulit, Meibomio memorante ad Lerbe-
cium,

peculiari nomine memoranda sunt scripta
D 2 Geo-

cium p. m. 47. Scriptoris vero error est, ubi dicit, Ernestum, Schauenburgi Comitem, à Ferdinandō II. Augusto, Holsatiæ Ducem creatum, ea quidem intentione, ut pristinum jus in terras Holsaticas, extinto Adolpho XIII. à Christiano Oldenburgico, Daniae Rege, sororis suæ filio, occupatas vindicaret, sed nihil proficerre potuisse, atque successorem ejus, Jodocum Hermannum, Schauenburgico atque Pinnebergensi Comitatu contentum fuisse. Inepte omnia. Neq; enim Ernestus Dux, sed Princeps creatus, cumque revera hactenus fuisset Holsatiæ Comes, utique fieri etiam poterat atque vocari illius Princeps. Id tamen elogium cum non ferret Christianus, Daniae Rex, composita re post graves motus, Ernestus Principem se Imperii, Holsatiæ & Schauenburgi Comitem scripsit. Vide Bierling. diss. cit. p. 29. ubi Pfannerum allegat de præcip. Principibus Germaniæ Gent. p. 308. cap. XI. Anonymi Holsteinische Chronick. p. 72. seq. confer etiam Lüningii Reichs-Archiv, Part. Spec. Cont. II. p. 58. 61. Jodocus Hermannus Princeps non fuit, ergo vocari nec volebat, nec poterat. Quod vero ad ipsam ERNESTI Principalem Dignitatem attinet, à FERDINANDO III. eidem collatam, aut restitutam potius, quæque maximum omnino in causa Ejus Bohemica momentum habuit, in historia Schauenburgica plenius explicaci-
cabi-

Geographica atque Genealogica; ad eaque per-

cabimus. Nec magis recte se habent, quæ de extincta Schauenburgica gente memorantur. Ottонem ultimum in præstantissimo ætatis flore ao. 1640. 25. Nov. cœlibem obiisse refertur, circumstantiæ verò ad mortem ejus pertinentes, memorabiles admodum, reticentur; confusa, nisi fallor, hac Illustrissima Comitum Gente cum alia ex Suevica nobilitate; ad quam sequenti titulo, Schauenburg, Schönberg, annotat, Jodocum Hermannum ao. 1640. Hildesiæ, accepto inter convivium per Monachum Gallum veneno, una cum Christiano Hassiæ Landgravio expirasse; quo Burgemeisterus vom Schwäbischen Reichs-Adel, Pufendorf vom Deutschen Kriege allegatur. Hæc vero ad Ottонem, Comitem Schauenburgicum, pertinent, atque, ut opinor, Pufendorfius de rebus, Svec L. XII. fol. 403. allegari debebat. Terrarum Schauenburgicarum, exticta Illustrissimorum Comitum stirpe, divisio falsissimè & hic & alibi à Geographis aliisque scriptoribus recentioribus recensetur. Defuncti ultimi Comitis hæreditatem qui adiret, non erat, præter solam superstitem matrem, ELISABETHAM, & ipsam Schauenburgico Sanguine, atque supra dicto Simonis VI. Comitis Lippiaci, & Elisabethæ Schauenburgicæ matrimonio genitam: ea itaque omnium terrarum Schauenburgicarum possessionem prima omnium ce-
pit.

pertinent Tabulæ Geographicæ in Historia
D 3 no-

pit. Postea Mindensis Episcopatus, cui tum Sueci imperabant, fiduciarii nexus prætextu, præfecturas Schauenburgicam, Stadthagensem, atque Saxenhagensem, cum castris ac opidis occupabat; quibus postea Buckenburgen sis arx Præfectura ac Civitas adjecta est. Præfecturæ Rodenburgensis, Hagenburgensis atque Arnsburgensis jam olim in feuda oblatae fuerant Serenissimis Hassiæ - Cassellanis Landgraviis. Bockeloensis atque Mesmeroden sis, eodem titulo, cum castris cognominibus, à Georgio, Brunswicensium Duce, (uti jam antea, defuncto Jodoco Hermanno Comite, Lauenaciensis) vindicatae fuerant. Contra has episcopatus Mindensis attentationes Illusterrima Comes, Elisabetha, tum publico documento protestata est, tum re ad cameram Cæsaream delata, Mandatum de restituendo & amplius non turbando, sine clausula, atq; quod illa quatuor præfecturarum occupatio à Regimine Suecico Mindensis Principatus facta esset, per Fratrem, Philippum, eò nomine in Sueciam missum, atque favore Illustris Oxenstiernæ, Suecici in Germania Legati à Christina totius Comitatus restitutionem obtinuit, sub finem Anni cI DC XLIII. Eoque facto Hæredem scripsit ac successorem, petenti bus ita statibus, fratrem *Philippum*, Piissimum Principem, ita, ut homagium uno a-
etu

nostra Geographica recensitæ; (†_{*}) ad hæc ve-
ro

Et utrique præstaretur. Ipseque Illustrissi-
mus Comes, Philippus, paulo post ducta in
matrimonium Sophia, Hassiae Principe, super
memoratis præfecturis, Hassiacis feudis, de-
novo investitus est, oblato in feudum cæ-
tero suo Comitatu. Verum, extincta præma-
tura morte Elisabetha, Principe, quæ vix pa-
rem virtute atque animo habet, subortisque
ab adversa parte novis difficultatibus, (quip-
pe Mindensis Episcopus contrariam ab Impe-
ratore sententiam, atque prioris Cameralis
decreti, de restituendo, cassatoriam obtinue-
rat) ita tandem inter Celsissimam Hassiae Land-
graviam, Amaliam, atque Illustrissimum Co-
mitem Philippum transactum est, ut utraque
pars dimidium Comitatum, totius vero direc-
tum dominium Hassiaci Casselenses Land-
gravii obtinerent, quæ pacta ao. 1647. d. 9.
Julii Monasterii facta in subsequentis pacis
Westphalicæ Instrumentis ita confirmata sunt,
ut quatuor illarum præfecturarum, Stadtha-
giensis, Buckeburgensis, Schauenburgicæ at-
que Saxenhagensis, dominium directum,
quas cum insertis castris ac urbibus Minden-
sis Episcopatus sibi vindicare tentabat, in
Celsissimam Domum Hassiacam Casselen-
sem transferretur. Ex qua rerum gestarum
ignorantia sinistre à compluribus intellectum
Pacis Instrumentum fuit, ita, ut per illud ac-
cessisse crediderint utile harum præfectura-
rum

ro Tabulæ Genealogicæ, quarum præcipuæ
D 4 fuit,

rum dominium Hassiacæ Domui, de accessione vero cæteri Comitatus Schauenburgici planè nullam mentionem fecerint; quod ipsi Celeberrimo IMHOFIO accidisse video in Notit. Procer. Imper. L. IX. cap. VII. §. 12. p. m. 541. Ita vero juxta illam transactionem Hassiaco - Lippiacam Comitatus Schauenburgensis dividebatur, ut Illustrissimo Comiti, Philippo, qui ex eo tempore Comitis Schauenburgi, Lippiæ ac Sternbergæ elogium gessit, obtingerent Præfecturæ Stadthagen. sis, Buckeburgensis, Arnsburgensis, Hagenburgensis, atque quæ huic postea conjuncta est, pars Saxenhagensis, Hassiaci vero Juris fierent Schauenburgica, Rodenbergensis, atque Pars Saxenhagensis, utrinque cum insertis urbibus, castris ac oppidis: Rintelensis academia indivisa, tum utrique subiecta mansit. Accessit ao. 1647. die primo Octobris *pactum Lauenaviense*, inter Serenissimos, Duces Brunsvicenses, Hassiæ Principem, Amaliam, atque Philippum, Comitem, initum, quo præter Lauenavensem, Bockeloensem atque Mesmerodensem præfecturas, & castra jam ante occupata, in Brunsvicensis ditionem Lochemensis quoque præfectura, cum parte Visbecensis, è Satrapia Schauenburgica, additis aliis quibusdam conditionibus, transiit. Sed pergo ad emendandum Lexicon Universale Historicum. Illud utriusque pacti hujus

sunt, Rittershusiana, Spangenbergiana, Bierlingiana, Hübneriana, Ditmariana. (*†*)

§.XII.

hujus in Instrumento pacis expressi, atque confirmati nullam mentionem injicit. At vero, eodem Instrumento terrarum Schauenburgicarum partem Daniæ Regi adscriptam fuisse, falso asseritur, nihil enim ea de re in Pacis Instrumento extat, sed Holsaticas Schauenburgenſium Comitum terras Illustrissima Elisabetha mox post Ottonis Filii obitum, accepta pecuniæ summa, Daniæ Regi atque Holsatiæ Ducibus, una cum telonio ac Juri- bus Hamburgensibus vendiderat. Gehmense dominium ad Comites Bronchorstios Styrum- benses pervenit, ex Maria, Ottonis VI. filia, Ernesti Principis sorore, prognatos. Mentio autem injicienda quoque erat Dynastiæ Ber- gen in Kennemaria, Hollandiæ Septentriona- lis Provincia, sitæ, mari vicinæ, quæ ab Illu- strissima Brederodiorum gente per Henricum Schauenburgicum emta, extincta horum Co- mitum mascula stirpe, vendita ab Elisabetha Hærede est A. M DC XLI. Antonio Studlero, Batavo, quo de in *Insignibus Schauenburgicis* à me dictum est. Ceterum neque homony- ma loca in Universali illo Lexico satis accu- rate neque omnia recensita esse, supra vidi- mus in *Prodromo Originum*.

§. XII.

Scriptores Particu- lares. Secundo loco recensenda venient ea scripta, quibus singulorum Comitum res geltæ exprimuntur, quo referendæ orationes atque Conciones funebres

D 5

(†*) Versuch der Historie der Land-Chartern, p. 86. not. u) Zusage p. 55. Discurs von der Geographie p. 77.

(†*) De Bierlingiana, omnium optima, jam jam dictum est, in qua Spangenbergiana atque Rittershusiana auctæ emendatae atque continuatæ sunt. E præstantissimo opere Hübneriano hoc pertinent Tabulæ 213. & 214. quibus jungenda est Partis Secundæ Tabula 428. recentiores Schauenburgi Comites è stirpe Lippiaca complexa. Annalibus Clivensibus Wernerii Teschenmacheri auctius à se editis Genealogiam Comitum Schauenburgensium Tabula X. inseruit Clariss. Just. Christoph. Dittmarus, sed valde mancam, licet è MSto quodam, quod Essendiense vocat, desumptam: præter alios enim defectus erroresq; recentiora omnia planè desiderantur, atque ex antiquioribus Agnetem illam omittit, Adolphi I. filiam, quam Theodorico II. Cliviensi Comiti, nuptiam Teschenmacherus ipse scribit; quod eo minus fieri debebat, cum non aliunde, quam è Teschenmachero forsan, ea de re constaret, paterque Agnetis, Adolphus, non Schauenburgi modo, sed Rietbergæ etiam Comes fuisse à Teschenmachero scribatur.

Tan-

bres iis habitæ, hisque adjuncta, quæ vocant, personalia. Ex hoc genere ad notitiam meam pervenerunt

Historia de vita & rebus gestis Adolphi II. Holsatiae & Schauenburgi Comitis, ex Hellmoldo excerpta atque edita à Reinero Reineccio.

Oratio funebris Julio, Principi Schauenburgico, Adolphi Filio, in Academia Julia habita per Theodorum Adamium Jctum & oratoriæ Professorem. ()*

Exequiæ Ernestinæ, sive concio funebris, Illusterrimo Principi ERNESTO à M. Johanne Michelbachio, Ecclesiaste aulico & Superintendenti Holsato-Schauenburgico, habita.

EIDEM habitus Sermo funebris & Personalia, per M. Antonium Rotholdum, Celsissimo Principi à Confessionibus, & Pastorem Lindhorstanum.

EJUSDEM PRINCIPIS Vita oratione funebri descripta à D. Jo. Eichrodio, Pro- fef-

Tandem Genealogicam etiam Schauenburgicorum Comitum Tabulam in Antiquitatibus Genealogicis Westphalo-Rhenanis dandam promisit vir Clariss. D. Conr. Barthold. BEHRENS; uberiorum forte ipse etiam, si vacat, dabo.

(*) *Memoratur ea Johanni Cafelio, Adamii Socero, in oratione funebri, Wilhelmo ab Heimburch scripta, qui in Julii familia fuerat.*

fessore Juris Primario in academia Ernestina.

Numisma in memoriam Funeris Ernesti Principis cusum. ()*

Concio funebris Illustrissimæ Principis Hedwigis, natæ Principis Hassiacæ, Divi Ernesti viduæ, per M. Ludolphum Peithmannum, Pastorem Seniorem Hagensem. Rintel. 4.

Reinhardi König, Profess. Rintelens. de Majoribus, Natalibus, vita ac obitu Celfissimorum Comitum, Dn. Justi Hermanni & Ottonis, Comitum Holsato-Schauenburgicorum ultimorum, oratio funebris. 4. Rintel.

Oratio funebris de vita ac meritis Elisabethæ, Comitis Schauenburgi &c. natæ Comitis Lippiacæ.

*Oratio funebris D. Christoph. Joach. Buchholtz. (**)*

§. XIII.

(*) Describotur a B. Dohmio in Orat. Jubil. Festi Seculari. Rintel. p. 4. ****.

(**) *Paucissima ex his ipse haclenus possedeo: magnum mihi favorem, qui ea scripta, præcipue duo ultima, aut alia etiam hujus generis, mecum communicabit, exhibitus est.*

§. XIII.

Scriptores Ecclesiastici Scholasticorum pertinente Schauenburgicis Ecclesiasticas atque Scholasticas pertinentes se laстici.

Hermannii Hamelmanni Historia renati Evangelii in amplissimo Comitatu Schowenborch. p. I. Hist. Eccles. p. 845-847. seq.

D. Jo. GISENII Sächsisch-Westphälisches Ehren-Gedächtniß. ()*

M. Anthon. NOTHOLD Historia Lindhorstana MS&t. ubi complura etiam ad totum Comitatum pertinentia exhibet.

Brevis eaque vera & absoluta de Fundatione Monasterii Molebeccensis Historica Relatio, multiplicisque ejusdem jacturæ Narratio, partim plana & ligata, partim soluta oratione descripta ac edita Anno MDCXXIII. Jam vero multis in locis emendata, aucta & ita concinnata, ut in omnium, cuiusque etiam Religionis, status ac ordinis sint, manus, sine ullo alicujus offendiculo, libere venire ausit, auctore Cunrado Hoiero, ibidem Subpriori P. L. C. MDC XXVI. Rintelii, typis Petrilacii, impensis vero Reverendi viri Domini Rudolphi Trachteri, Patris Prioris in Molebecca. 8.

Christ.

(*) Conf. etiam Casp. Calvori Saxonia Inferior Antiqua, Gentilis & Christiana, Goslar. 1714. fol.

*Christ. Franc. PAULLINI Dissertatio de
Cœnobio Visbecensi in Syntagm. Rerum Ger-
manic. Stricturæ ad Historiam Cœnobii Mol-
lenbeccensis pertinentes, præside Christiano
Philippo Dohm. Phil. Prof. Ord. excusse. Ao.
1720. Rintel. typis Jo. Godofr. Enax. 4.*

*De hoc eodem integrum Chronicon se edi-
turum promiserat laudatus modo Paulini in
notis ad Chron. Mindense p. 42.*

Aëtus Introductionis & Inaugurationis
Illustris Gymnasii Hagæ - Schauenburgico-
rum, ab Illustrissimo & Generosissimo Comite
ac Domino, Dno. Ernesto - - pio & Heroi-
co Zelo erecti & fundati A. MDCX. ad diem
V. Kal. Maji. Hage Schauenburgicorum, cu-
ra M. Hermanni Vastelabi. 4.

*D. Josuæ STEGMANNI Paradisus Erne-
stinus, sive Concio in inauguratione Acade-
mie Rintelensis habita A. 1621. 4. 17. Jul.*

Joh. Eichrodi de Academia Rintelii,
1621. 4.

Librorum HAREMANNI, () Ehren-Ge-
dächtniß. Predigt der Universität Rinteln.
1625.*

*D. Justi Reiffenbergii Rintelium Acade-
micum, sive de Rintelensis oppidi amoenita-
te ac novæ academiæ celebritate.*

Jo.

(*) *Theologus semisecularis fuit, annotante. Rev. Dn.
Schrætero l. c. p. 52. not. (e)*

*Jo. Gisenii S. Th. D. Denunciatio Instau-
rationis academiæ Ernestinæ, à Celsissima Co-
mite vidua Elisabetha factæ.*

*D. Buchholtz de statu Academiæ Ernesti-
næ pro Inauguratione reparati Collegii Ju-
risconsultorum.*

*M. Mich. Watsoni oratio de procurando
academiæ Hasso-Schauenburgicæ incremen-
to. A. 1660.*

*D. Henr. Ern. Kestneri Rinthelium cre-
scens & decrescens. Rintel. 4. A. 1703.*

Oratio academica authoris *Parergis* post-
modum inserta, ao. 1717. Rinteli, 4. editis, p.
I - 17. (*)

*D. Frider. Guil. Bierlingi Historia & Mo-
numenta primi Festi secularis academiæ
Rintelensis, Rintelii 1721. fol. ex variis ibi
congestis libellis ac sectionibus hic perti-
nent.*

1.) Series Professorum ab initio funda-
tæ Academiæ. (**)

2.) Parilia vel seculare carmen, ortum &
varia fata academiæ Ernestinæ continens,
Christ.

(*) Citat idem ille in præfat. Eichrodi Rinthelium a-
mœnum, uti ipsi non visum, ita forsan non editum.

(**) Series Professorum Rinteliensum, si sola nomina
spectes, extat etiam in Kestneri Rintelio crescente
& decrescente, in novis Literar. German. Anno
M DCC III, mense April, & Octobr.

*Christ. Phil. Dohmii, Prof. Poes. cum not.
Historic. & Literar.*

3.) Gratulatio Metrica Academiæ Lipsien-sis cum not. Historic. & Literar.

4.) Seularia Sacra sive Carmen D. Justi Christoph. Böhmeri Prof. Helmstad. Abbatis nunc Luccensis Reverendiss.

5.) Bernhard. Friedr. Schröters alt. Lu-theris. Predigers daselbst Rintelische Ju-bel-Woche cum variis viri doctissimi & in his rebus diligentissimi annotationibus Lite-rariis etiam ac Historicis.

§. XIV.

Accedunt his

Biga Epigrapharum in Memoriam Solen-nium Encæniorum Templi Buckenburgen-sis () Dominica Exaudi A. 1715. repetitorum consignata à Job. Conr. Schönhenne Consist. Sch. Lipp. Assess. & Past. Primar. Buckeb.*

Atque

(*) *Magnificum hoc atque prælustre Templum a Cel-fissimo Schauenburgi Principe Ernesto , Annis MDC XVI - MDC XIX. extructum est, cuius & aureum nomen aureis literis elegans admodum Inscriptio exhibet EXEMPLUM RELIGIONIS NON STRUCTURÆ; Qui in eo Patriæ suæ Salomo exitit, atque in Metropoli Deo Tem-plum, sibi aulam, utrumque opus magnificum atque, fere dicam, an vere, regium.*

Atque

Delineatio brevis status Ecclesiae Buckenburgensis, cum rediret annus secularis Encæniorum, facta per Jo. Dan. Vogt. Min. verbi Div. A. 1715. Rintel. fol. (*)

§. XV.

Constitu-
tiones
Provin-
ciales. Tandem scriptis ac scriptoribus Schauenburgicis subjungimus Constitutiones publicas Provinciales hujus amplissimi Comitatus, tum Civiles tum Ecclesiasticas, atque ex Constitutionibus particularibus potiores; præ cæteris enim sollicitam Gloriosi Comites Schauenburgico-Holsatici eam etiam terrarum suarum curam gesserunt, ut optimis fancitis legibus publicæ saluti prospicerent, quarum potissimæ typis expressæ hæ sunt:

Ordina-
tio Ecclæ-
saistica. Kirchen-Ordnung Unser von
Gottes Gnaden ERNSTS, Gra-
fen zu Holstein-Schauenburg
und Sternberg, Herrn zu Böhmen, wie
es

(*) Additus ab auctore est Pastorum Buckeburgensium Catalogus, atque cum hac ipsa delineatione Relationibus Innocuis Ao. 1716. p. 672. 673. insertius, sed manus atque pluribus vicibus erro-neus; dabimus ergo pleniorem.

es mit Lehr und Ceremonien in Unserer
Graffschafft und Landen = = gehalten
werden solle. Gedruckt zu Stadtha-
gen, im Jahr 1614. 4. (*)

Hoch-

(*) *Divus Otto, purgatis sacris, Ministros Ecclesiæ Anno 1560. & Doctrinam & ritus inflectere jussit ad normam Ordinationis Ecclesiasticæ à Philippo Melanchtone in usum Ecclesiarum conscriptæ, atque Wittebergæ primum editæ 1552. deinde auctius 1554. memorante HAMELMANNO in Histor. Eccles. p. 846. seqq. Illam ordinationem Ecclesiasticam autem non à Philippo, sed Theologis Megapolitanis, conscriptam, atque ab eodem saltim correetam & subinde auctam esse, docet Herm. Casp. König in annotation. ad Catalogum Agendorum Ecclesiast. à Rev. Dr. Christiano Julio Bockelmanno, Archi-Diac. & Consist. Cellensi mira diligentia collectum. p. 52-54. ubi etiam p. 53. D. Luc. Osiandrum in Centur. XVI. Hist. Eccles. L. III. cap. 17. pag. 614. artem Philippi enarrantem, qua in illa ordinatione usus est, refert. Recentioris illius atque Comitatui huic peculiaris ordinationis Ecclesiasticæ, jussu Divi Ernesti conscriptæ, authores esse Michelbachius atque Bernhardi videntur, quorum vitas in Primitiis Schauenburgicis dedimus; ceterum ad Wittebergensem potissimum in flexa est.*

E



Hoch-Gräflich-Schauenburg-Lippische Consistorial-Verordnung, nach welcher
der Gottesdienst soll gehalten werden.
1698. 4.

erulic. Schauenburgische Policey-Ordnung
des Hochgebohrnen Grafen und Herrn,
Hn. ERNSTEN &c. gedruckt zu Stadt-
hagen. A. 1615. 4.

= = wieder gedruckt und mit Anmer-
kungen heraus gegeben von Frid. Jul.
Rottmann, Hasso-Schaumburg. bey dem
Königl. Ober-Gerichte zu Oldenburg
Advoc. Ordinar. Rinteln. bey Herm. Augu-
stin. Enax. A. 1717. 4.

Des Durchläuchtigen Hochgebohr-
nen Fürsten und Herrn, Herrn ERNSTEN,
Fürsten und Grafen zu Holstein
und Schauenburg &c. Constitution, Taxa
und Ordnung, sowohl die Münze, als
Wahren, und Ablohnung der Hand-
werker &c. belangend, wie es damit &c.
gedruckt in Stadthagen bey Ernst
Reincking (*) im Jahr 1620. 4.

Schau-

(*) Secundus ille fuit, cui, Vastelabo, cuius in Primitiis,
Schauenb. mentionem fecimus, cedente, Typogra-
pheum nostrum commissum fuit, & ultimus, acade-
mia mox Rintelium translata.

Schauenburgische Tax - Ordnung,
publiciret den 1. Novemb. Ao. 1654. 4. Ge-
druckt zu Rinteln bey Petro Lucio, der A-
cademy bestellten Buchdrucker. (*)

anlica. Unser von Gottes Gnaden,
OTTEN, Grafen zu Holstein-Schau-
enburg und Sternberg, Herrn zu
Gehmen und Bergen ic. Hof-Gerichts-
Ordnung, gedruckt in Unser Stadt
Rinteln, durch Petrum Lucium, der Uni-
versität bestellten Buchdrucker daselb-
sten im Jahr 1640. 4. (**)

Schaumburgische Verordnung, wie
es hinführō mit Ehe - Verlobnissen,
Hochzeiten, Kind-Taußen, Gaste-
reyen, und Leich - Bestattungen gehal-
ten werden solle. Rinteln, drucks Pe-
trus Lucius, Dero Academy Buchdrucker,
1656. 4. (***)

E 2

Ar.

(*) Jussu Illusterrimi Comitis, ac vere Patriæ Patris,
PHILIPPI.

(**) Insignia Schauenburgica, quæ ultimus gentis Cel-
sissimæ gessit, præfixa sunt; quæ ita nullibi alias
vidi: præter Gehmense enim, Bergenfis quoque
Dominii Insignia illata sunt.

(***) Directorum PHILIPPI cura ac jussu.

Armen - und Schulen - Verordnung. (*)

(*) Cum aliis pluribus jussu Illusterrimi Comitis Regnantis facta, ob publicam patriæ salutem singulis annis è sacro suggestu legendis, typisque impressis.

DÉ-

DELINEATIO
IN SIGNIUM
CELSISSIMORUM
COMITUM
SCHAUENBURGI-
CORUM.

E 3

In-

Insignia non nisi Eorum insignia sunt,
qui insignem habent virtutem :
non enim in signis insignis virtus
est, sed Insignia signa sunt virtu-
tis.

Deli-

*Delineatio Insignium Schauenburgi-
corum.*

A Cineribus Illustrissimorum Comitum Schauenburgensium, Sanctoque marmore, quo ossa eorum conduntur, ad *Fo-
rundem* Insignia progredimur, quæ iis sus-
pensa sunt, vere insignia, atque tantum
servantia non humani modo, sed divini et-
iam decoris, quantum vix, ac ne vix quidem
Illustrissima. Non autem memini, ubi in-
tegra ea atque debita curâ delineata extent,
aut descripta tantum; idque est, cur pagellis
his ea suspendere curate æri incisa, atque
paululum describere, non ingratum fore
lectoribus judicaverim. Scutum itaque, quo
utitur *Celissimus Comes Schauenburgicus*
Lippiensis, quatuor areis divisum est, qua-
rum prima & quarta argenteæ rosam Lip-
piacam exhibent pentaphyllum rubeam, au-
ro gemmatam. Secunda & tertia rubeæ
exhibent stellam auream cum hirundine
nigra insidente, infra paullulum alba; Co-
mitatus Swalenbergici Mnemosynon, non
vero simul Sternbergensis etiam, uti male
conjicit *IMHOFIUS* Notitia Procer. Imper.
L. IX. Cap. III. p. 1404. Sternbergense
enim

enim insigne aurea stella est, non Lippien-sibus, sed Schauenburgicis Comitibus inter arma relata, quod mox illustrabimus, ubi prius medium parvam memoravero, qua-tuor illis laterculis superimpositam, quæ al-bam urticam Schauenburgicam, decus Gen-tis antiquum, cum tribus Clavis argenteis spectandam in area rubra præbet. Tres su-pra Scutum hoc galeæ; atque è prima, à finistro spectantis latere, corona aurea, su-praque eam duæ alæ expansæ, candida al-tera, altera rubea, Rosam Lippiacam in-cludentes : Supra medium corona è spinis contexta, atque septem vexilla rubea vo-lantia, quibus argentea illa cum clavis ur-tica intexta est, aureis suspensa péticis, in-ter duas, rubras iterum, columnas, imposi-tis pavonum caudis oculisque superbientes: è tertia tandem, ad dextram spectantis ma-num, supra fasciam, ex albo rubroque varie-gatam, bupalorum cornua, interque ea au-rea stella, prominent; dependentes utrinq; laciniæ rubeæ atque argenteæ sunt. Atque ita quidem, uti ea haec tenus descripsimus, at-que æri incisa his pagellis præfiximus, re-centius ordinata sunt Schauenburgica Insi-gnia, postquam Comitatus Amplissimus, extin-

extincta superiori seculo antiqua Comitum stirpe, ad *PHILIPPUM*, Lippiensem Comitem, Divæ sororis donatione, transiisset, atque Urtica Schauenburgica, quæ exaruerat ferè, in Rosa Lippiaca, exoptatissima felicissimaque Palingenesia, denuo vivere, florere, cœpisset. Antiquitus vero alia ratione ordinata fuerant. Scutum quadripartitum iterum; prima vero quartaque area aureæ; stellam rubeam, Sternbergensis Comitatus Insigne; secunda & quarta etiam aureæ, trabes Gehmenses quatuor rubeas, tres argenteas continebant, quibus in media parma Schauenburgica Urtica, uti nunc, imposita fuit. Gehmense quippe Dominium cum Corda, Hærede, Johannis Comitis Uxore, ad Schauenburgicos transiit; Sternbergensis Comitatus antiquius ab Ottone II. acquisitus. Rubea autem hæc stella est, in area aurea, atque eo etiam nomine à Swallenbergensi aurea semper distincta: neque etiam Sternbergæ Insignia atque Elogia unquam Lippiacis Comitibus usitata, cum in solum Schauenburgensium Comitum Jus Comitatus ille transiisset, de quo forsan infra alibi plura dicemus. Evidem in Magnifici Buckeburgensis Templi oppidani, à

E 5

Divo

Divo ERNESTO extructi, limine præfixa Insignia Schauenburgica Stellam auream exhibent, id vero an Ernesti Principis beneplacito, an pictoris errore ita contigerit, dubitaverim; abest enim ab omnibus tum Insignium horum aliis picturis antiquioribus, recentioribus, tum aliis etiam scriptorum monumentis, & maximè ab Ottonis patris pictura, cuius insignia in compluribus templi nostri parietibus atque mei etiam Musei fenestris picta supersunt. Videre quoque ex est Cyr. Spiegelbergi Chronico Schauenburgico præfixatque integro expressa folio. Cassides olim Schauenburgico scuto itidem tres imminebant, dependentibus laciniis aureis rubeisque; mediam, uti nunc, superius imposita corona è spinis contexta, septem vexilla, columnæ, atque pavonum oculi, ornabant; coronæ vero, atque variegata fascia, oppositis, quam quibus hodie, lateribus positæ fuerunt: hæc sinistro, atque supra eum bubalorum, cum stella rubra, cornua; illa à dextro cum superius surgente dupli aquilarum ala expansa nigra, aurogemma. Primus autem Gentis suæ Insignia ampliorem in modum atque juxti artis Heraldicæ regulas ita dispo-

disposuisse videtur Adolphus Coloniensis, Archipræsul atque Comes Schauenburgicus, (antiquiora saltim ego nondum vidi) ordinem tamen paulo alium securus est. Laterculus enim scuti primus & ultimus urticam, secundus & tertius stellam complexus fuit; medio parma imposita cum trabibus Gehmensibus. Cassides, quæque supra sunt, eum, quem hodie iterum, ordine habuere. Simpliciora sunt, quæ antiquiora sunt Schauenburgica Insignia, Illustrissima tamen atque ultimi decoris plenissima. Si antiquissima roget. Urtica fuit. Equidem Adolphi I. Satoris Gentis primævum Insigne Leonem cæruleum in argenteo scuto fuisse, *Spangenbergius* L. I. Chronici cap. 4. p. 13. fide antiquorum quorundam documentorum, quæ non nominat, narrat. Neque dubitaverim, Santerslebiæ atque Walbecensis Gentis, quasque Ea progeniuit, Gentilitia signa à Meibomio in Chrontico Walbecensi expressa esse vel investigata; sed hoc ipsum cum ad manus mihi nunc jam non sit, neque plura, neque certiora ea de re proferre possum. Idem vero Illustris Adolphus, condito in monte ab Urticis dicto Castro, a quo sibi & novo suo Comitatu

tui postea nomen fecit, Urticam scuto, nova jam Comitis Dignitate illustri, rubeo albam, suo aut Imperatoris bene placito, imposuit; Idemque Insigne Holsatiæ quoque intulit, qui paullo post eam nactus est, Adolphus II. Filius, ut adeo Schauenburgum atque Holsatia unum idemque signum haberent, atque unum modo comitatum Holsato - Schauenburgicum vel Schauenburgo-Holsaticum constituerent. Unde & separatæ postmodum à se in vicem provinciæ singulæ tamen Urticam sibi retinuere, atque retinent etiamnum. An eo jam tum figuræ inflexu delineata fuerit Urtica nostra, quo nunc solet, ubi tribus clavis argenteis distinguitur, inter duos superiores tres, ab utroque vero latere quatuor urticæ prominentes cuspides, atque in meditullio parvulam sibi impositam parmulam habens, nefcio; nihil enim, quod lucem his affunderet, ex illa ætate supereft; dubitaverim tamen. Licet enim in supra memoratis Comitum Clivensum Imaginibus Agneti, Adolphi I. Filiæ, Urtica tribuatur tribus Clavis distincta; illud tamen Insigne recentius additum videtur, atque rudius est; æqualem enim habet ab omni latere acuminum urticæ numerum, & media caret parvula, quod posterius etiam

etiam in omnibus antiquioribus figuris,
atque ipso Adolphi V. Kilonii in conventu
Patrum Franciscanorum defuncti, monu-
mento apud Lambecium atque Staphor-
stum observaveris. Cæterum in Holsaticis
atque Hassiacis Insignibus, monetis quoque,
Schauenburgica Urtica dilacerari, aut po-
tius inter clavos illos latius extendi solet,
quam in omnibus antiquis monumentis si-
gillisque spectatur. Clavos autem illos ar-
genteos, quibus Urtica distinguitur, longe
recentiores esse, atque ab Adolpho IV. in
expeditione Hierosolymitana Equite cre-
ato, una cum corona spinea, in Dominicæ
Passionis memoriam, Insignibus suis illatos,
Meibomius ex incerti, sed non ineruditii scri-
ptoris Chronico MSto refert ad *Lerbecium*
p. m. 59. Splendidissima utique Insignia, quæ
non auro tantum splendent, aut purpura su-
perbiunt, sed Christi sanguine ! Coronam
verè, non, supra regiam ! In hoc signo vin-
ces, Schauenburgico, huic Insigni eodem,
quo Constantini labaro, jure adscribes. Ita
omnia in honorem, in memoriam, in glo-
riam Christi, pietatisque incitamenta dirigi
volunt ac possunt. Dignum in tanto fasti-
gio atque Herois Illustrissimi Exemplum,
quod

quod imitandum sibi proponerent mille inferioris conditionis mortales, qui, quidquam suarum rerum aut supellectilis vel togatae, vel sagatae, non ineptis imagunculis, sed seriis, sed divinis, exornare, piaculo jam sibi, aut saltim ludibrio ducerent. Sed redeo ad Insigne Adolphi (V. inter Schauenburgicos, IV. inter Holsaticos) Monachi, in Monumento Hamburgensi expressum, praeter parvam, urticam ostendentem: galeam id etiam exhibet, cui supra dicta fascia, nondum tamen, ut videtur, variegata incumbit, atque tria insuper vexilla, pavonum oculis ab utroque latere cincta, quorum hodie septem, eaque supra descripta sunt. Complura superfunt Adolphi IX. Principis optimi a. M CCCLIII. defuncti, sigilla, in quibus Equitem vides, Urticam tum in vexillo, quod dextra manu gerit, tum in dorso, ex equo pendente, gerentem. Recentiora signa quoque ad praesentem dispositionem proprius accedunt. Adolphi, Ottonis, Ernesti, jam jam descripsimus. Splendidissima autem amplissimaque, si laterculorum numerum spectes, Insignia Schauenburgica fuere paulo ante extinetam Illustrissimorum Comitum stirpem, cum ramus Geh-

Gehmensis ad gubernacula rerum Schauenburgicarum admotus esset. Ex eo enim **Henricus**, Justi Ildi, Satoris Lineæ Gehmensis, filius, à Henrico Brederodio, Nobilissimo Comite, Geusarum, libertatis Batauæ Instauratorum, præcipuo, patria tum extorri, atque apud Comites Schauenburgicos degente, emerat *Bergensem* Dynastiam, in Kennemaria, Hollandiæ septentrionalis provincia, ad mare sitam, cuius signum Schauenburgicis illatum; fateor tamen ignorare me, quod illud fuerit. Licet enim insertum sit Ignibus *OTTONIS* Ultimi Comitis nostri, *Ordinationi Dicasterii aulici* a. 1640. editæ præfixis; ea tamen figura est, ut in ligno, cui incisa est, distingui satis non posfit. Attamen aut remum esse, aut perticamensoriam, tum ex figuræ similitudine, tum exinde conjiceres, quod Brederodium, quod ad Dynastiam illam pertinet, vel à remo, Ruder, vel à pertica mensoria, Rute, nomen traxisse censeatur. Ipsos autem Nobilissimos Comites Brederodios (Hoc enim Elogio mactabatur in Batavis Illustrissima Gens, quæ haud ita pridem defecit, Hæreditate per filias ad Solmenses, Dohnavienses, Lippienses, devoluta) ipso eo,
quo

quo Principes Hollandiæ, signo usos fuisse, eo saltim, quo minores solent, discrimine, Menso *Altingius* in *Descriptione agri Batavi secundum Frisios* P. II. voce Brederode, memorat. Ita autem Bergensis Dynastiæ Insigne Schauenburgicis illatum est, ut in medio scuti in quatuor laterculos jam jam disseeti, supra illos imponeretur, quartum ita laterculum reddens, per urticam, iterum superius impositam, denuo in duos divisum. Defuncto OTTO N E, comite, vendita est ab ELISABETHA, Matre, Bergensis Dynastia, præter Bergam ac Brederodium, Kargsoodam, aliaque complexa, Antonio Studlero, nobili ac diviti Batavo, demto Schauenburgico Insigni, cui Diva Elisabetha, Comitatus hujus ex obitu Filii Hæres facta, Lippiacum junxit, diversis scutis, iisdem tamen utrumque cingentibus phaleris; quem eundem morem aliquamdiu secutus est Frater ac Hæres, Philippus, qui tamen paulo post fusis in unum Lippiacis Schauenburgicisque signis, eum eorundem ordinem constituit, quem supra explicavimus, pagellisque his in ære incisum adjecimus. Hæcque de Schauenburgicis Insignibus, pro instituti ratione dixisse sufficere pos-

possent, nisi unum adhuc alterumque suc-
curreret, è quibus ea ordinandorum Insi-
gnium ratio patescit, quam vel principes
nostrí, alienis dignitatibus extra patriam ad-
moti, vel Comites, Uxores Principum no-
strorum, sequebantur. Primum est *Heildwi-*
gis Lippiacæ (*) quæ Adolphi IX. supra
laudati Uxor fuit. Illa in sigillo Rosæ Lip-
piacæ, peculiari omnino ratione delineatæ,
medio Urticam Schauenburgicam impos-
suit. Alterum est *Hermannus*, Mindensis Episco-
pi, cum aliis parentum Insignibus in pictis
templi nostri fenestris conspicuum: is, quod
Mindensem parmulam medio scuti sui in-
seruisset, Schauenburgicam deinde Urti-
cam in primo & quarto ejus laterculo col-
locavit, stellam in secundo, trabes Gehmen-
ses in tertio.

Cæ-

(*) Junioris, non Senioris illius, quæ Adolpho
V. nupserat, atque, Conjuge suo sacros or-
dines secuto, ipsa quoque mundo valedixit,
Monasterium vallis virginum in Herveste-
hude, ordinis Cisterciensis, ingressa, atque in
codem jam vixit Ao. 1246. 24. Febr. quod
primum nos edocuit celeber. STAPHORST
Hamburg. Kirchen-Geschichte, Vol. II. p. 31.
& not. (*)

F

Cæterum idem insigne Urticæ omnibus etiam civitatibus suis indulserunt, quodam tamen singulis discrimine, Benignissimi nostri Principes. Ita Hagensis, præcipua atque antiquissima civitatum Schauenburgiarum, civitatem in Insigni gerit mœnibus ac turribus munitam, cujus in patenti porta urticam conspicis. Præfecturæ etiam urticam singulæ habent in sigillo, ipsis præfecturarum additis nominibus diversa distinguenteribus.

DE-

DELINEATIO
MAUSOLEI HAGENSIS
ILLUSTRISSIMO-
RUM COMITUM
SCHAUENBURGI-
CORUM.

F 2

Di-

Dignissima monumentis Eorum memoria est, qui iis
poterant indigere.

Tem-

Templum urbanum Hagensis civitatis,
Divo Martino martyri sacrum, in me-
dia urbis parte Orienti objectum est, atque
A. M CCC. jam extructum stetit; plura de
eo alibi dicemus. Adjunctum illi recentius
Illustrissimorum Comitum Schauenburgi-
ciorum Magnificum Mausoleum ab orientali
denuo plaga post altare adhæret, atque
turris septangula est, è quadrata politoque
lapide structa, in egregiam surgens altitudinem,
atque supra in verticem desinens pari
angulorum numero coactum, obiectum so-
lido cupro. Intus in medio altare structum
est ex marmore, cui imposita pyramis, ex
eodem lapide, Conditoris hujus conditorii,
Divi Ernesti, faciem spectandam objicit in-
troeuntibus. Ei Christi ex resurrectione
victoris imago ex ære gloriose sculpta insi-
stit, viva magnitudine, quam inferius di-
versæ lugentium Virginum figuræ, ex ære
iterum mira arte, Annis 16818 - 1620. Artifi-
ce Adriano Fries, Hagiensi Batavo, præci-
puarum quoque arcis Buckenburgicæ sta-
tuarum magistro, qui Dresdæ eas fuderat,
factæ, circumfident, diversa membrorum
positura, facieique habitu animorum inter-
nos affectus prodentes: aliam enim, demis-
sis in humum oculis, spem omnem abjecis-
se, aut eam humi defossam quasi evellere

F 3

velle



velle; aliam, iisdem in cœlum sublatis, hoc
quasi in auxilium invocare, atque in eo su-
um quærere desiderium; aliam, oculis in li-
berum patentibus aërem, ex hoc consilium
atque solatium anhelare; aliam, iisdem post
terga reflexis, abeuntis umbram quærere,
alias alia mente volvere crederes. Suis Pa-
rentumque cineribus hoc olim monumen-
tum destinaverat Incomparabilis Princeps,
Ernestus, sepositis eo in Camera centies mil-
le thaleris. Sed morte præventi consilia cœ-
ptaque in medio mortis adparatu interru-
pta (jacuerant enim jam lapides) mœstissi-
ma Vidua, Hedewigis, glorioso opere Dres-
dæ jam delineato, sanctissima fide executa
est. Illata itaque in suppositum tumulum
sunt præter Ipsijs ERNESTI, Ottonis et
iam, Parentis, Matris, Elisabethæ Ursulæ, at-
que Conjugis, Hedewigis, ossa, adjunctis in
interiori ædis ambitu, quæ infra describen-
tur, inscriptionibus. Accessere postea cæ-
terorum Comitum Schauenburgicorum, qui
Ernestum excepere, exuviae, non tamen
omnium, uti infra dicemus; nimirum Ao.
MDCXLII. Ossa duorum ultimorum Co-
mitum Celsissimæ Gentis Schauenburgicæ
huic conditorio illata sunt, curante magni-
ficas omnino Exequias Illustrissima Comite,
Elisabetha, quæ tum terrarum suarum Im-
pe-

perium modo recuperaverat, pietatem suam in dudum defunctos illustri liberalitate testata. Sedet Ipsa Illa, saepius laudata, numquam satis laudanda, paullo post, & deinde cæteræ Celsissimæ gentis Personæ, prout singulæ diversis temporibus mortalitates leges implevere, infecutæ sunt. Ex quibus heic Illustrissimum saltim PHILIP-PUM, Quæque eum in adeunda æternitate antegressa est, Celsissimam Conjugem, Sophiam, nominare pietas jubet, quarum sacra ossa Deo ac æternitati servat Hagense Mausoleum. Annotare autem heic placet: ea loca, quibus cæterorum atque antiquiorum Schauenburgensium comitum cineres conditi sunt. Illustrissimæ Gentis Sator Illustris, Adolphus Santerslebius, Mindæ requiem invenit cum fratre Brunone, Mindensi Præsule, in extructo ab hoc Ipso Monasterio, D. Simeoni Sacro, tum in Insula, postea in urbem ad D. Mauritium translato, referente Lerbecio, Helmoldo atque Span- genbergio. Adolphus II. primus ex hac gente Holsatiæ Comes, ibidem, Adolphus III. vero in obsidione Dennirensi Ao. 1164. cæsus, Mindæ quidem, sed in Ecclesia Cathedrali, inter altaria S. Matthiæ & S. Cathari-næ à se condita, tumulatus scribitur ab iisdem. Adolphus IV. Holsatia à Dano exu-

tus Lockumi, sive Luccæ, vicino Schauenburgicis terris, ac etiamnum celebri Ord. Cistertiensis Collegio, locum invenit. Filius eius Adolphum V. Kilonii in Monasterio Fratrum S. Francisci, quorum ordinem suscepit, fortissimus Heros condivolut. Epitaphia, Kiloniense exhibit Spangenbergius, Hamburgense viri Clarissimi Lambecius, Lindenbrogius, Staphorstus. Subsecuti Comites, pro diversis, quibus Gens hæc distincta fuit, ramis ac lineis cœmeteria diversa habuere. Ex *VVagriensi* quidem Johannes I. Hamburgi, cujus monumentum denuo Lindenbrogius ac Staphorstus exhibent; cæteri *Reinfeldæ* in Monasterio à Conditoribus condito. Adolphus A. 1315. occisus, in Segebergensi. Ex *Stormariensi*, atque Ducum Slevicensium fere omnes, *Itzeboæ* conditi. Alterius vero rami Stormariensis Lineæ, scilicet *Schauenburgici*, Gerhardus I. Hamburgi, filius ejus, Adolphus, Ao. 1315. extinctus, Lockumi. Cæterum his temporibus commune Comitum Schauenburgen-sium conditorum fuisse Rintelii in Monasterio S. Jacobi, ex Spangenbergii L. V. cap. I. p. 212. conjiceres, ubi ad Lerbecii Rhythmos, veteri Saxoniæ lingua conditorio insculptos, provocat. Sed nescio, an publicum illud, an privatum potius quorundam fal-

faltem Comitum Cœmeterium fuerit ; certe ipse Lerbecius dubitat. Cum enim p. m.
 35. annotasset, è quatuor Gerhardi filiis
 Henricum & Ottonem dicto loco Rintelii
 conditos, (namque sepulchri inscriptionem
 nactos esse :

Post M post tria C fit Nobilibus locus iste
 Prosuavi requie, quos cœlo fuscipe Christe,
 Dum locus est veniae, petit hic cœtus la-
 crymis te ;)

ad eandem iterum Epigraphen provocat,
 ubi Conradum, Comitem, forsan hoc loco
 conditum p. 26. conjicit. Cæterum adparet
 ex hoc ipso, Spangenbergium, cum ad Sa-
 xonicos Lerbecii Rhythmos provocet, non
 latino ejus Chronicò, sed vernacula ejus-
 dem versione usum esse. E successoribus
 conditi sunt *Visbecæ* Adolphus X. a. 1353. &
 Otto, a. 1464. extinctus, cum Uxore Elisabe-
 tha, Hohensteinia. *Oberenkirchæ* Simon. a.
 1361. Otto, a. 1404. Wilhelmus, filius eius a.
 1391. Adolphus XV. a. 1474. cum Uxore, &
 plures alii, aliis annis defuncti. *Hagæ* pri-
 mum condi voluit Ericus, Ottonis III. filius,
 peculiari affectu, in Monasterio nimirum i-
 bidem à se condito, PP. Franciscanis dica-
 to ; quo etiam quietem corpori, ac monu-
 mentum famæ accepit Corda, Gehmensis
 Dynasta, quæ non modo dynastiam hanc,

ultima ejus Hæres , felici cum Johanne Schauenburgico matrimonio , Schauenburgicis terris junxit , sed & totius celsissimæ gentis Mater ex filio unico , Justo , facta est . Idem Hic *Justus* , Comes , cum filiis *Mollenbece* condi voluit , ubi sequiori etiam ævo Hermannus atque Antonius , fratres , Episcopi Mindenses , & Georgius Hermannus exuvias posuere . Solenni vero destinatione Hagam ejusque Templum Parochiale sibi ac posteris , pro servandis cineribus selegit Otto , Ernesti Pater , A. M DC XXVI. defunctus , condito subtus monumento repositus , sed alii , uti supra dictum , ab Ernesto illatus . Mansere tamen eo , quem post Ottонem primamque ejus Conjugem Pomeranam occuparunt , loco Adolphi , filii , atque Julii Nepotis , A. M DCI. defunctorum , pulveres . Sed neque Ernestino Mausoleo omnes conditi sunt successorum exuviae , verum Illustriores tantum & Regnatis Lineæ personæ , quibus modo destinatum fuisse videtur . Aliorum enim cineres Mollenbeca servat , uti modo dictum est , Gehmensis vero Lineæ Comites cum Justo I. , Satore , Gehmæ tumulum invenere . Ex novis , quos Deus olim esse faciat antiquissimos , Comitibus Schauenburgo - Lippiacis , sequioris rami Alverdissensis , defuncti primum etiam in Mausoleo Ha-

Hagensi conditi, sed Illustriss. Comes, Philippus Ernestus, condito ipsi ac posteris peculiari tumulo *Alverdissen* requiescit. Est & aliud Hagæ in Parochiali templo prope altare Monumentum, ab Elisabetha Ursula, secunda Ottonis Conjuge, Marito atque primæ Ejusdem Uxori, Mariæ, sibique vivæ extructum, viva magnitudine sculptas è lapide harum trium personarum Imagines exhibens, quarum subjectas Epigraphas Spangenbergius habet L. V. c. 42. p. 280.
281.

Illustre vero Mausoleum illud, quod describimus, licet longe aliud, longe amplius magnificentiusque futurum fuisset, si eundem, quem authorem habuit, conditorem quoque habuisset, quique primas manus admovit, admovisset etiam ultimas; stat tamen non in decus modo egregium templi nostri, urbis nostræ, regionis nostræ, & Celsissimæ nostrorum Comitum Gentis, sed in admirationem etiam exterorum, qui urbem nostram pertranseunt. Porro autem monumentum nostrum ornant binæ picturæ; altera resuscitati Lazari, cum his verbis: *Antonius Boten F. Ao. MDCXXVI.* altera resurrectionis mortuorum ab Ezechie-

chiele visæ, cum his : *Antonius Boten, idem ille, qui hoc monumentum architectatus est, pinxit A. M DC XXVII.* Eundem enim habuit & architectum, & pictorem. Exterius circa eam splendet insculpta per ambitum aureis literis Epigraphe:

MONUMENTUM PRINCIPIS ER-
NESTI. COMIT. H. S. QUOD AN-
NO MDC XX. à VIVO COEPTUM
TERTIO POST ILLUSTRISS.
OBITUM ABSOLVIT VIDUA
HEIDWIGIS.

Sed ecce Tibi supra memoratas monumen-
ti hujus Inscriptiones interiores:

B. M. S.

B. M. S.

ILLUSTRISSIMUS PRINCEPS
ERNESTUS
COMES HOLSATIÆ SCHAWEN-
BURGI ET STERNBERGÆ
DOMINUS GEHMÆ
AUGUSTO VIRTUTUM OMNIUM
CONSENSU
GLORIOSISSIMÆ GENTIS SUÆ
MAGNUM ET DIU FELIX DECUS
HOC SE MONUMENTO POST
FATA COMPONI
VIVUS POSTULAVIT,
CUJUS NUNC VOTI
COMPOTITUS
ORBEM
IMMENSI SEMPER CONATUS
TESTEM
FAMAMQUE
DUM
PER ILLUM
HÆC ITURA EST
PROLIXUM FELICITER
ACTORUM
HABEBIT PRÆCONEM
VIXIT ANNOS L.
MENSES III.
DIES XXIV.
HORAM I.
EXCESSIT Ao. M DCXXII.
XVII. JANUARII.

Magnorum & Illustrium hoc debetur meritis, ut, quomodo ex se-
quis à promiscua distinguuntur sepulchra, ita propriam ase-
nam habeant memoriam,

B. M. S.

SI MONERE
IMMODESTUM NON EST
INTER CÆTERA
ET HOC
QUI INTROITIS
ÆSTIMATE
QUAM OPEROSA SINCERÆ
PIETATIS CURA SIT
QUA DUCENTE
ILLUSTRISSIMUM VITÆ
AUTHOREM
OTTONEM SEXTUM
COMITEM HOLSAT. SCHAWENB.
ET STERNBER. DOMINUM
GEHMÆ, &c.
MAGNUM ANNIS SUIS
BELLI FULMEN
ERNESTI &c.
FILII
OFFICIOSA IN DEFUNCTUM
DILIGENTIA
AD FAMÆ
ET
SI QUAM ORBIS HABITURUS EST
PERENNITATIS CONSORTIUM
HUC SECUM FERRI
ANTE FATA
POSTERORUM COMMISIT FIDEI
DESIIT VIVERE Ao. LXXXVI.

*Quid Egregium, quidve cupendum est magis, quam per illos,
quos genuimus, gratiam nominis immortalitatem invenire?*

B. M. S.

IDEMLILLE

AD

GENITRICEM ILLU-
STRISSIMAM

ELISABETHAM
URSULAM ERNESTI
DUCIS BRUNSWICENSIS ET
LUNEBURGENSIS
FILIAM
INTER ÆVI EXEMPLA
MEMORABILIS PROCESSIT
AFFECTUS
QUANDOQUIDEM
EVITATI ANTE ANNOS
CORPORIS
NOVO CONCINNATÆ
SARCOPHAGO
RELIQUIÆ
HUIC QUOQUE CON-
DITORIO
PIENTISSIMO ID ITA
IN VIVIS
CAVENTE FILIO
RELIGIOSA ILLATÆ
SUNT OBSE-
QUELA
IVIT AD BEATOS Ao. LXXXVI.

Beata Matres, quarum per virtutes gloriose mundi partus
hunc collustrare, atque istas etiam post fas a magni facere
fenduerunt.

B. M. S.

QUOD PARENTUM UMBRÆ
NATI ACCEPTUM FERUNT
OBSERVANTIAE

ILLUSTRISSIMA ERNESTI
CONJUNX

HEDEWIGIS, &c.
MAGNI INTER FAMIGE-
RABILES

WILHELMI
HASSIÆ LANDGRAVII &c.
FILIA

SUO SIBI ID JURE VENDICAVIT
MARITO NAMQUE SU-
PERSTES CUM IPSUM HOC

QUOD ILLE COGITAYERAT
LAUDATISSIMA EFFE-
CTUM DEDIT IN-

DUSTRIA TUM VERO
PRINCIPALI VIRTUTUM

CLARITUDINE
IN OMNEM MEMORIAM
DURATURO VENIRE
MERUIT TESTIMONIO
VIXIT ANNOS LXXV.

MENSES ---
DIES VIII.

EMIGRAVIT Ao. MDCXLIV.
VI. JULII.

*Non aliud usduari sanctus consilium thors, quam, quod de suo
premio creditum manenti dare ad effectum, custodire.*

AB22A⁴_i37(112)

ULB Halle
002 385 732

3



Sl.

K





D. EBERHARDI DAVIDIS HAUBERI
PRIMITIÆ
SCHAUENBUR-
GICÆ,

quibus
Variæ circa res Schauenbur-
gicas observationes
Historicæ atque Literariæ
continentur,
aut alibi obvia emendantur.

Fasciculus Primus,
Prodromum Originum Schauenbur-
gicarum atq; Schauenburgicæ
Palingenesia

colorchecker CLASSIC

x-rite

mm